



Crisis Theologica

In Qva Selectiores, Et Aciores hujus, et elapsi sæculi controversiæ,
subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Crisis Theologica - In Qva Selectiores, Et Aciores hujus, et elapsi sæculi
controversiæ, subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Casnedi, Carlo Antonio

Ulyssipone, 1712

Disputatio XXIV. Reliquæ robustissimæ pro eodem nostro intento rationes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-84796](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-84796)

multatem potentiae ad ponendum actum honestum divisim ab inhonesto; vel actum inhonestum divisim ab honesto. Rursus voluntas præhabens duplex illud iudicium reflexum, unum de probabilitate honestatis, aliud de probabilitate non honestatis, si sequatur iudicium reflexum dictans, certò probabile esse, quòd actus ponendus sit honestus, operabitur tantum honestè, non autè honestè simul, & inhonestè, quamvis simul adsit aliud iudicium reflexum dictans, certò probabile esse, quòd actus non sit honestus; quia voluntas hoc iudicium reflexum minimè sequitur, immò illud tunc contemnit.

N.
202.

Hinc patet tum infirmitas præcipui argu-

menti, cui Adversarij insistant, de quo latius infra; tum firmitas nostræ doctrinæ. Si enim posito solo iudicio reflexo, vel de non probabilitate honestatis, vel de probabilitate non honestatis, suspensio omni directo de falsitate opinionis assentientis talem rem licere, aut de veritate opinionis negantis eadem licere; eo ipso non licet talem actum ponere, nec talem rem eligere: cur posito solo iudicio reflexo de probabilitate licetig, suspensio omni directo, tum de veritate opinionis affirmantis licere, tum de falsitate opinionis negantis licere, non licebit tunc operari? Expecto disparitatem.

DISPUTATIO XXIV.

Reliquæ robustissimæ pro eodem nostro intento rationes.

SECTIO I.

Prima, & secunda ratio à priori.

§. I.

Quidquid est in iudicio directo subjective probabili, est longe eminentius in reflexo evidenti de objectiva probabilitate.

SUMMARIUM.

Quia quidquid inest iudicio directo, longè perfectius inest reflexo, n. 1. 2.

Nam reflexo nulla inest incertitudo; directo, etsi probabiliori, inest incertitudo de veritate speculativa, n. 3. 4.

Rursus reflexo inest certitudo, immò evidentia de veritate speculativa sui objecti, nempe de probabilitate, n. 4. 5.

Iudicium reflexum nec mediatè, nec immediatè potest esse falsum, directum potest esse immediatè falsum, ibid.

Intellectus directè assentientis minùs probabili, cur non assentiat magis falso, sed tantum vero? n. 6.

Falsum, quòd omne minùs probabile sit magis falsum, & minùs verum in re, ibid.

Si repugnat, ut intellectus assentiat directè rei minùs probabili, multo magis, ut teneatur assentiri, seu exercere iudicium incertum, quando potest soli certo assentiri, n. 8.

Si datur obligatio, datur potius sequendi solum reflexum, quam directum, n. 9.

Cur? n. 10.

Ex eo quòd T. T. unanimiter dicant præquiri iudicium saltem moraliter certum de verita-

te speculativa, infero necessarium potius reflexum, quam directum, n. 11.

Iudicio directo, etsi moraliter certo subjective, ad summum inest certitudo moralis prudentiæ, quæ satis ut peccatum formale excludat, non vero speculativa, ibid.

Si nullum iudicium falsum est verè prudens, ut volunt contrarij, nullum directum, ut probabilius, erit regula, n. 12.

Si directum satis, multo magis reflexum, quæ certò cognosco ea motiva graviora, aut graviora, quibus nititur directum, n. 13.



UAMVIS Lector non obliviosus eorum, quæ diximus, plura à priori fundamenta pro nostra sententia, de solius iudicii reflexi evidenti de certà probabilitate veritatis, & honestatis sufficientia, ut honestè operemur, hunc in locum congerere possit; attamen quia, ut dixi, nostra sententia supponitur potius quam tractatur, & à paucis Neotericis in dubium vocata, fuit ab iisdem mordicus negata, ideo eam à priori rationibus prorsus robustis fundare iterum duximus.

Quapropter ita arguo 1. quia quidquid N. 1. habetur per iudicium directum subjective probabile, aut probabilius de veritate, longè perfectius habetur per solum iudicium reflexum certum de probabilitate, aut probabiliore veritatis; ergo nullatenus, ad hoc ut rectè operemur, necessarium est iudicium directum, incertum de veritate, quin ut rectè operemur, satis se solo est reflexum certum

certum de probabilitate, aut probabilioritate veritatis iudicium. Consequentia tenet: Si enim quicquid habetur in iudicio directo incerto de veritate, habetur in solo reflexo certo de probabilitate veritatis, & quidem eminentius, frustra prorsus requiritur, ut recte operemur, ipsum iudicium directum incertum de veritate.

N. 3. Antecedens probatur; quia in iudicio directo subjective probabili, vel, si mavis, probabiliori de veritate, (perinde enim modò mihi est) nulla adest certitudo, & sola adest incertitudo speculativa de veritate; omne enim iudicium subjective probabile, aut probabilius est essentialiter incertum de veritate: in iudicio autem reflexo certo, & evidenti de probabilitate, aut probabilioritate veritatis sola adest certitudo, immò evidentia de probabilitate veritatis; nulla autem adest certitudo, nec incertitudo de veritate, quia ipsum iudicium reflexum immediate saltem non tendit in veritatem, sed immediate in solam probabilitatem, quæ est unicuique, & solum ipsius iudicii reflexi objectum; ergo quicquid perfectionis habet iudicium directum subjective probabile, aut probabilius de veritate, longè eminentius habet ipsum iudicium reflexum certum de probabilitate, aut probabilioritate veritatis.

N. 4. Antecedens patet: Si enim nulla certitudo inest iudicio directo subjective probabiliori de veritate, nulla, inquam, certitudo speculativa, sed pura, & sola ei inest incertitudo speculativa veritatis: e contra si iudicio certo reflexo de objectiva veritate probabilioritate nulla inest nec incertitudo speculativa immediata veritatis, nec ulla certitudo speculativa immediata veritatis: & ex altera parte eidem iudicio reflexo inest certitudo, & evidentia immediata de probabilitate, aut probabilioritate veritatis, atque adeo inest quodammodo certitudo veritatis mediata, quatenus idem iudicium tendit immediate in probabilitatem veritatis, adeoque mediate in veritatem: ex hoc ipso sequitur, quod quicquid formaliter continet ipsum iudicium directum subjective probabilius de veritate, contineat longè eminentius ipsum iudicium reflexum certum de probabilitate veritatis: ergo si iudicium directum subjective probabile, aut probabilius de veritate satis est, ut honestè, aut ne saltem inhonestè operemur, multò magis, ut honestè, aut ne inhonestè operemur, satis erit ipsum iudicium reflexum certum de objectiva probabilitate, aut probabilioritate veritatis.

Confirmo: Omne iudicium subjective probabilius, immò moraliter certum de veritate, est speculative incertum de eadem; ergo omne tale est subjectum falsitati: e contra nullum iudicium reflexum de probabilitate objectiva, aut de objectiva certitudine morali veritatis est speculative incertum; imò omne est, & supponitur certum, nam, ut sæpe diximus, probabilitas objectiva veritatis debet esse certa, & evidens: ergo si satis est iudicium subjective probabilius, immò moraliter certum de veritate speculativa, etsi prorsus incertum de veritate, & obnoxium falsitati, longè magis satis erit solum reflexum certum de probabilitate, aut probabilioritate veritatis, nulli obnoxium falsitati: etenim iudicium reflexum non tendit immediate, nisi in probabilitatem, aut probabilioritatem, aut certitudinem moralem objectivam; hæc enim sunt objectum immediatum iudicii reflexi: circa illam autem objectivam probabilitatem, aut probabilioritatem, aut certitudinem moralem nulla potest esse falsitas in ipso iudicio reflexo; nam tendit evidenter in illas; dixi enim milles, quod iudicium de probabilioritate esse debeat logicè certum saltem, aut evidens de illa: ergo iudicium reflexum non potest esse falsum circa suum objectum immediatum. Rursus ipsum iudicium reflexum nec potest esse falsum circa suum objectum mediatum, nempe circa veritatem; hanc enim nullatenus affirmat, aut negat; qui enim dicit, Certo probabile est Petrum currere, neque affirmat, neque negat Petrum currere, nam certa probabilitas de cursu conjungi potest tam cum cursu, quam cum non cursu: ergo ipsum iudicium reflexum de certa probabilitate, aut probabilioritate veritatis non potest esse falsum circa veritatem.

Arguo 2. ijs omnibus rationibus à priori, N. 6. quæ ab intrinseca aversione intellectus, ut directè assentiatur minùs verò, derivantur, quibusque Adversarij contra nos utuntur, cum hoc tamen inter illos, & nos discrimine, quod quam inefficaces sunt contra nos, ut alibi ostendimus, tantumdem hoc in loco efficaces sunt contra illos: etenim Adversarij rationibus illis suadere tentant, quod non ster intellectus, nec physice, nec moraliter possit directè assentiri minùs probabili; quia directè assentiretur minùs verò, & magis falso. Quod totum facile diluimus dicendo, tum quod intellectus directè assentiens minùs probabili, non assentiatur magis falso; non enim assentitur tali objecto obmotivum, sub quo videtur falsum, aut magis falsum.

falsum, quin illi motivo suadenti rei falsitatem resistit, & illud deserit; & directè assentitur unicè ob motivum, propter quod videtur verum; esto ob hoc idem motivum res non videatur adeo vera, ut vera videtur ob motivum oppositum alia pars contradictionis: ergo intellectus directè assentiens minus probabili, non assentitur magis falso, sed ipsi objecto materialiter fortasse magis falso directè assentitur tamquam vero; & ipsi minus vero in re directè assentitur tamquam vero: tum quia falsum prorsus est principium, quo Adversarii utuntur, nempe minus probabile esse minus verum in re; falsum, inquam, nam nec minor probabilitas unitur necessario falsitati, aut minori veritati, nec probabilitas unitur necessario veritati, aut minori falsitati: etenim plurima falsa sunt probabiliora veris; & plurima vera sunt minus probabilia falsis: ergo ex eo quod intellectus directè assentiatur minus probabili, inferre, quod intellectus assentiatur magis falso, aut minus vero, est consequentia illegitima; nam hæc consequentia inferri non potest nisi ex hoc antecedenti: Omne minus probabile est magis falsum, & minus verum: ergo intellectus assentiens minus probabili, assentitur magis falso, & minus vero. Illud autem antecedens est evidenter falsum; ergo etiam consequentia: ergo totum Adversariorum contra nos argumentum est prorsus illegitimum.

N. 7. Videamus modò qualiter idem argumentum sit efficax contra Adversarios obligantes semper ad iudicium directum, et si probabilius, aut moraliter certum, de veritate, ut honestè, aut ne inhonestè operemur. Ita enim ex penu Adversariorum in eisdem arguo.

N. 8. Implicat, si non physicè, saltem moraliter, ut intellectus stans inter inæqualiter probabilia assentiatur directè objecto sibi minus probabili, præ sibi probabiliori; sed si hoc implicat, longe magis implicat, ut intellectus stans inter iudicia, unum incertum, alterum certum, teneatur ex obligatione assentiri incerto; ergo si illud implicat, longè magis hoc implicat. Maior est Adversariorum, quorum plerique putant implicare non tantum moraliter, id est, ut intellectus prudenter assentiatur directè objecto sibi minus probabili, præsentè simul probabiliori, quin ferè omnes docent repugnare physicè, id est, intellectum non posse physicè assentiri directè objecto sibi minus probabili, præsentè simul opposito probabiliori. Minorem probo; quia iudicium directum de veritate, quomodocumque probabile, im-

mò et si moraliter certum, est de eadem veritate speculative incertum: econtra iudicium reflexum de objectivâ probabilitate, aut probabilitate, aut morali certitudine veritatis est, ut suppono, saltem speculative certum, aut evidens; ergo implicat, si non physicè, saltem moraliter, seu ut quis teneatur directè prudenter assentiri, & teneatur formare iudicium directum prudens, quod semper est de veritate incertum, et si notoriè probabilius, ita ut satis non sit semper solum reflexum evidens de objectivâ probabilitate.

Confirmo 1. quia si datur alterutrum ex N. 9. iudicii, directi, & reflexi, determinata obligatio, ita ut non tantum alterutrum sit disjunctivè necessarium, ut certum est, sed ita ut hoc præ illo sit in singulari necessarium, dicendum potius est dari obligationem formandi iudicium reflexum, quod semper est evidens de probabilitate, quam formandi directum, et si probabilius, quod semper est incertum de veritate; illud enim semper est certum de suo objecto, hoc de suo objecto est semper incertum: ergo si qua datur alterutrum iudicii directi, & reflexi, non tantum disjunctivè, & vagè, sed determinatè, & in singulari obligatio, ea potius adtribuenda est circa concipiendum iudicium reflexum, quam circa directum.

Confirmo 2. quia iudicium directum N. comparatum cum reflexo se habet non tantum, ut minus verum, & magis verum, quin se habet, ut non evidenter verum, & evidenter verum; nam directum est ita verum, ut possit esse falsum; est enim incertum: reflexum est ita verum, ut repugnet esse falsum; est enim evidenter verum de suo objecto, nempe de probabilitate veritatis; ergo, cæteris paribus, præferendum est pro conscientia regimine iudicium reflexum evidenter verum de objectivâ probabilitate veritatis potius, quam iudicium directum incerto verum de objectivâ veritate.

Confirmo 3. quia ex unâ parte indubitatum prorsus est apud omnes ferè TT. quod 11. ad rectam, aut saltem non pravam operationem prærequiritur necessario iudicium aliquod certum saltem moraliter, ut latè diximus disp. 18. sect. 4. & 5. in hoc enim ferè omnes TT. unanimes veniunt; & præ aliis legi possunt P. Moya tom. 1. tr. 1. qu. 6. §. 6. n. 36. P. Teril. P. E. par. P. Fabri, C. Pallav. P. T. et al. quorum loca, & verba fideliter transcribit P. E. in suo accurato opere P. Pollenter Propos. 3. in P. Fabri num. 92. Rursus æquè indubitatum est ferè cunctis omnibus TT. quod ut rectè operemur, non probabilitatis sit, ut opinio sit probabilis, aut probabilior,

biliior, aut moraliter certa, quin necesse est, ut ea probabilitas, aut probabilitas, aut moralis certitudo sit evidens, vel saltē moraliter speculative certa; quod nos fuisse probavimus dicta *disp.* 18. *sect.* 3. demonstrando ad licitum opinionis probabilis usum necessarium saltem esse certitudinem probabilitatis: ex aliā parte aegre omnino, immō nullatenus ostendi potest, quomodo certitudo speculative de veritate conveniat iudicio probabili, aut moraliter certo; omne enim tale iudicium est semper incertum de veritate speculative sui objecti, ut demonstravi citata *disp.* 18. *sect.* 5. ergo si aliquid ad rectē operandum necessarium est in particulari iudicio, necessarium potius est iudicium reflexum, quod semper est de suo objecto speculative verum, certum, & evidens, quā iudicium directum, quod semper est de suo objecto speculative incertum, & saepe falsum: etenim iudicio directo probabili, aut probabiliori ad summum convenit certitudo moralis prudentialis, quā satis est, ut peccatum formale excludat, non autem certitudo moralis speculative, quā excludat etiā peccatum materiale, ut ostendi relatā *disp.* 18. *sect.* 8. ubi distinxī certitudinem necessariā a non necessariā ad rectē operandum; & ostendi, quomodo cuique opinioni certō practice probabili identificata sit certitudo prudentialis exclusivā omnis peccati formalis, eamque certitudinem satis esse non tantum ne formaliter peccem, sed etiam ut honeste formaliter operer.

N. Confirmo 4. quia principium plurium
12. Adversariorum est, quod nullum iudicium falsum sit prudens, sed ad summum putativē, non verē prudens, ut saepe docet P. Elizald. P. Munies. & alii: ergo omne iudicium, quod potest esse falsum, potest non esse prudens; sed omne iudicium directum quomodocumque probabile, etsi speculative moraliter certum, potest esse falsum; ergo omne tale potest non esse prudens; ergo nullum tale (si verum est Adversariorum principium, quod nullum falsum potest esse prudens) esse potest regula immediata, & necessaria ad rectē operandum. Qualiter enim quis adstruat tamquam regulam necessariā ad rectē operandum tale iudicium, quod est incertō prudens? Nam incertō verum est incertō prudens juxta principium Contrariorum statuentium, quod nullum iudicium falsum possit esse prudens, sed solum verum possit esse prudens; at omne iudicium directum quantumcumque probabile est incertō verum, nam certitudo speculative naturalis a solā evidentia oritur: ergo

omne iudicium directum quantumcumque probabile est incertō prudens: ergo supposito hoc alio Adversariorum principio, quod nullum iudicium falsum sit prudens, tantum abest, ut semper necessarium sit iudicium directum de veritate, ut rectē, aut ne saltem cum peccato formali operemur; & solum reflexum de quantumcumque objectivā probabilitate sit insufficiens, quin posito eo principio repugnat, ut directum sit sufficiens, multo magis ut sit necessarium; & necessariū sequitur, quod solum reflexum non tantum sit sufficiens, quin semper sit indispensabiliter necessarium. Nam directum, quantumcumque probabile, est semper incertum; si incertum, potest esse falsum; si potest esse falsum, potest non esse prudens; si potest non esse prudens, potest non esse regula necessaria ad operandum: at reflexum semper est evidens; si evidens, est certum; si certum, est verum; si verum, est regula. Sed de hoc iterum infra.

Arguo 3. ex illis quā tradidi alibi, ubi N. ostendi, quod si iudicium subjective probabilius, quod semper est incertum de veritate, satis est ad conscientie securitatem, multo magis iudicium reflexum certum de objectivā probabilitate satis erit: etenim enim directum satis est, quia nititur motivo reverā gravi, aut graviori: ergo si ego, suspensus omni iudicio directo, iudicem evidenter dari ea motiva gravia, aut graviora pro veritate opinionis, & honestate operationis, habeo totum, quod est necessarium; nam propter quod unum est tale, & illud magis: si igitur ego habeam iudicium evidens de gravitate motivi, ob quod iudicare possum opinionem esse veram, habeo totum, quod satis est ad conscientie securitatem: ergo non tantum iudicium directum de veritate opinionis non est necessarium, quin nec satis est sine reflexo de probabilitate; & hoc solum sine illo satis est.

§. II.

Mens Eximij Doctoris circa hoc ipsum.

SUMMARIUM.

P. Suar. affirmat satis probabilitatem objectivam, n. 14. 15.
Ait quod ut quis obediat satis esse, ut reflexe iudicet licitum obedire, quidquid sit, an res precepta liceat, vel non, seu stante dubio speculative de rei licentia, n. 16. 17.
Deobligat a iudicio directo subditum, n. 18.
Quin cum dubio de re secundum se potest honeste operari, ibid.

Immo

Immo sine iudicio directo salvatur ceca obedientia, n. 19.20.

Examen probabilioris inter probabiles est iuxta P. Suar. onus intolerabile, n. 21.

Tradit expresse nostra principia, ibid.

Et doctrinam de sufficientia solius iudicii reflexi de probabilitate objectiva, & quidem minori, n. 22.23.24.

Immo stante iudicio directo de falsitate, num. 25.

P. Suar. eo ipso quod quaestiones directas reflexe sepe resolvat, iudicat resolutionem reflexam equivalere directe, n. 26.27.

Inductio, ibid.

N.

14.
P. Suar.

Prima dedi ex P. Suar. disp. 23. ex quo in praesenti alia iterum subiicienda, tanto magis quod ejus doctrina ubique, & apud omnes plausibilis sit. Igitur Ex. Doctor tom. 2. de Relig. cap. 5. n. 5. agens de obligatione voti dubij expresse tradit, quod homo possit tutam conscientiam operari, esto nulli opinioni probabiliter directum assensum praebat; seu esto nulla opinio sit ei subjective probabilis, sed tantum objective in mente; ait enim: *Nam inter probabilia potest homo tutam conscientiam sequi, quam partem maluerit, quod est certum, quando probabilitas utriusque est aequalis, quod praesenti instituto sufficit.*

N.

15.
P. Suar.

Ex quo ita arguo: Certum est ex P. Suar. quod homo ex aequo probabilibus possit tutam conscientiam sequi, quam maluerit: ergo ex eodem certum est, quod homo nullam opinionem subjective probabilem habens, seu nulli directe assentiens, sed habens utraque objective tantum in mente, possit tutam conscientiam operari. Consequentia probatur; quia ex P. Suar. certum est, quod tutam conscientiam operetur, qui sequitur quamlibet ex aequo probabilibus: sed sequens quamlibet ex aequo probabilibus non habet utramque simul subjective in mente; etenim repugnant simul duo assensus contradictorii: rursus neutram habet subjective in mente, nam si aliquam haberet subjective in mente, non esset utraque objective in mente; dicit autem P. Suar. certum esse quod tuto operetur, qui habet utramque in mente; ergo qui utramque habet objective tantum in mente, & aliquam ex illis sequitur, tuto operatur: ergo certum ex P. Suar. est, quod, ut quis tuto operetur, satis sit, ut sequatur aliquam earum, quam objective tantum in mente habet: ergo ut quis tuto operetur, necesse non est ut alterutri assentiatur, sed satis est, ut concipiatur probabilitas objective; seu satis est, ut iudicet illam esse probabilem, quin ei opinioni probabiliter assentiatur.

Et tom. 4. de Relig. cap. 15. n. 16. com. N. mendans auream S. P. N. Ignatii de Obedientia Epistolam hac habet: *Præ oculis habenda est vulgaris distinctio certitudinis. Prima sumitur ex conformitate ad rem; alia ex conformitate ad effectum operantis, & ad prima principia, per quae moveri debet. Prior ergo certitudo non est necessaria ad obedientiam quamvis perfectam; non solum circa utilitatem rei praecipue ad finem a Superiore intentum, verum etiam neque ad honestatem. Ecce P. Suar. aperte dicit, quod ut quis perfecte obediat Superiori, nullum sit necessarium iudicium directum certum, seu probabiliter de honestate rei praecipue immo neque necessarium, ut quis honeste operetur; sed satis esse, ut quis reflexe iudicet, licitum esse tunc obedire Superiori; quidquid sit, an res praecipue sit in se licita, vel non, id est, stante dubio speculativo de licentia rei: ergo multo magis licitum erit operari stante iudicio reflexo de certa probabilitate licentiae rei, quidquid sit, an res sit in se licita, vel non.*

Prosequitur P. Suar. n. 17. dicens: *Breviter adverte duobus modis posse dubitari de honestate rei praecipue. Priori modo antecedenter, ut ita dicam) dubitando de re ipsa, quae praecipue, secundum se, & separata a precepto Superioris. Posteriori modo etiam consequenter, seu iuxta compositionem precepti, dubitando, an non obstante precepto liceat id facere, hoc est, obedire in tali materia. Hoc posterius dubium est practicum, & isto durante certum est, non licere tale opus facere, &c. ut ergo obedire liceat, necesse est tale dubium practicum deponere, & firmiter iudicare, non obstante priori dubio antecedenti, seu de opere ipso secundum se, licitum esse obedire illud exequendo; sic enim prius dubium manet pure speculativum, quia non est proxima regula operationis, sed deponitur ex alij principiis, & formatur tutam conscientiam. Hæc P. Suar.*

Ecce 1. quantum P. Suar. distet a P. D. N. Thyrio ille enim deobligat, hic obligat ad 18. concipiendum semper directum de honestate rei praecipue iudicium, ut perfecte obediamus. Ecce 2. quod dubium speculativum de re secundum se non tantum non inducat dubium practicum, quin cum eo licet operari, resolvendo per alia principia reflexa, licitum esse operari cum eo dubio; obediens enim, stante dubio speculativo de re secundum se, resolvit, licitum sibi esse obedire accedente Superioris precepto. Ecce 3. quod tantum absit, ut directum iudicium de re secundum se sit necessarium, quin potest quis honeste operari dubitans de re secundum se, accedentibus principiis reflexis, quod licet sequi omne certo probabile. Post.

N. Post hæc exponens P. Suar. obedientiam
 19. cecam, seu quæ sequitur dictum Superioris,
 P. Suar. n. 29. ait: *In modo illo obediendi nil est mali,*
aut periculi, quia semper supponitur materia ho-
nesta cum sufficienti certitudine, quæ omne peri-
culum mali moralis excludit, sive certitudo illa
ex re ipsa oriatur, sive ex adjuncto præc. pto pra-
cticæ refulerit.

N. Ecce certitudo excludens omne pericu-
 20. lum mali moralis, juxta P. Suar. oriri potest,
 P. Suar. vel à certitudine rei secundum se, quatenus
 quis sit directè certus rem non esse malam;
 vel à præcepto Superioris, seu à principio re-
 flexo superaddito, quo iam practicè certus
 de non peccato operando, etsi omne judi-
 cium directum suspendam: ergo ne forma-
 liter peccem, aut ut honestè formaliter ope-
 rer, & ut cæco, seu perfectissimo modo obe-
 diam, nullum est necessarium judicium di-
 rectum de rei honestate secundum se, sed sa-
 tis est hoc reflexum: Honestum est exequi,
 quod præcipitur, sed præcipitur ex. gr. com-
 mutatio officij, ergo honesta est executio
 commutationis officij. Sanè in hoc casu nihil
 judicio directè de commutatione officij se-
 cundum se, an sit honesta in re, vel non sit;
 sed unicè reflexe judico, commutationem
 officij ut præceptam esse mihi honestam.

N. Et 1. 2. tr. 3. de Bonit. & Malitiâ disp. 12.
 21. *sect. 6.* exponens, qualiter conscientia specu-
 P. Suar. lativâ uti possimus; postquam exposuit,
 quomodo ex opinione speculativâ formare
 possimus dictamen practicum certum de
 operatione; & postquam distinguit opiniones
 variantes circa jus, ex. gr. an hoc sit vetitum,
 aut præceptum, ab opinionibus circa res, ex.
 gr. circa Sacramenta, utilitatem medicinæ,
 an hic, aut ille sit Hæres &c. ait: Quoties-
 cumque est opinio probabilis hanc actionem
 non esse malam, vel prohibitam, vel præ-
 ceptam, potest aliquis formare conscien-
 tiam certam, vel practicam conformem tali
 opinionem; & citat Navar. Sylvestr. Angel.
 S. Antonin. Ratio est; quia excedit mo-
 dum ordinarium humanæ facultatis obtine-
 re cognitionem in singulis actionibus; & ef-
 fet onus intolerabile obligare omnes ad con-
 ferendas singulas opiniones, (ecce examen
 probabilioris, juxta P. Suar. est onus into-
 lerabile) quia quamdiu est probabile, quod
 nulla sit lex vetans, vel præcipiens actio-
 nem, talis lex non est sufficienter proposita,
 vel promulgata homini: & ex hac conclusio-
 ne, & principio decidit, quod Confessor te-
 neatur conformari opinioni penitentis, si
 sit probabilis; & quod liceat consulenti se-
 qui opinionem probabilem, relicta illâ, quam
 putat probabilior, dummodo qui consulit,

veritatem in suis responsis retineat, quia non du-
cit simpliciter id sibi probabilius videri, aut spe-
culative verum, sed solum posse id sine peccato
fieri ex probabili sententiâ aliorum. Hæc Do-
 ctor Ex.

Ecce 1. generalia nostræ doctrinæ princi-
 pia mordicus a P. Suar. assumpta ut vera; &
 quantum gravissimus Doctor à contrarijs
 principijs recedat, & Modernis Probabilio-
 ristis opponatur.

Ecce 2. in terminis nostra sententiâ de
 sufficienti certâ objectivâ probabilitatis,
 ut quis sine peccato formali, aut honestè for-
 maliter operetur. Hanc autem nostram sen-
 tentiam omnes Probabilistæ Reflexistæ do-
 cere debent; tum quia cum judicium direc-
 tum non sit per illos certum, & juxta illos
 requiratur certum, eo ipso judicium reflex-
 xum, quia certum, non tantum erit neces-
 sarium; sed se solo satis; nam directum nihil
 juxta illos prodest, cum non dirigat opera-
 tionem; hæc enim, juxta illos, à solo judicio
 reflexo certo de non peccato formali dirigi-
 tur: tum quia, ait P. Suar. quod consulens,
 dummodo retineat veritatem, possit consu-
 lere juxta probabilem, dicendo tale opus fie-
 ri posse sine peccato; hoc autem est judicium
 reflexum: & Confessor à judicio de certâ
 probabilitate opinionis dirigitur ad absol-
 vendum: ergo ad rectè, aut saltem, ne cum
 culpâ formali operemur, ex. gr. ut absolva-
 mus, ut consulamus, satis est judicium de
 certâ opinionis probabilitate, suspensio om-
 ni directo de veritate.

Ecce 3. juxta P. Suar. non tantum satis
 est reflexum de certâ probabilitate, sed de
 certâ minori probabilitate objectivâ opinio-
 nis; nam Confessor sub judicio de certâ mi-
 nori probabilitate objectivâ opinionis oppo-
 sitæ absolvere potest; & consulens sub solo
 judicio de certâ minori probabilitate obje-
 ctivâ opinionis oppositæ consulere potest.

Ecce 4. juxta eundem, non tantum satis
 est reflexum de certâ minori probabilitate
 objectivâ opinionis oppositæ, suspensio om-
 ni directo; quin stante directo de falsitate
 ejusdem opinionis sibi minus, certò tamen
 probabilis dictum reflexum judicium satis
 est: etenim judicium directum de falsitate
 non destruit certam ejusdem opinionis, etsi
 minorem, probabilitatem.

Ecce 5. quod pro nostrâ sententiâ de suf-
 ficientiâ totius judicij reflexi certi de proba-
 bilitate objectivâ, sive minori, sive æquali,
 sive maiori, stare necessariò debent omnes
 Probabilistæ Reflexistæ; cum enim nullum
 judicium directum quantumcumque pro-
 babile sit juxta illos intransitivè certum; &
 cum

cum juxta eisdem necessarium sit aliquid judicium certum de non peccato formali, aut de formali honestate, ne formaliter peccemus, aut ut honeste formaliter operemur, consequenter propter hoc introduxerunt judicii reflexi necessitatem, cui tribuunt certitudinem; ergo cum soli judicio reflexo, juxta Probabilitatem Reflexitatis, conveniat certitudo, nulli autem directo conveniat, eo ipso solum reflexum est necessarium, & illud solum est sufficiens, ut recte, aut saltem ne non recte operemur.

N.

27.

P. Suar.

Demum totum hoc ipsum patet ex modo resolvendi; quo P. Suar. utitur; saepe enim proposita aliqua directa quaestione responderet reflexe; ergo supponit, tum quod resolutio reflexa aequaleat resolutioni directe; alias inepte responderet; tum quod licitum prorsus sit appellare ad solum judicium reflexum; suspensio prorsus omni directo; id est, appellare ad solum probabilitatem veritatis directae; nullatenus autem ad directam veritatem: & ut res pateat, quaerit P. Suar. tom. 3. in 3. p. disp. 53. sect. 5. an Angeli, aut anima separata videant animam Christi D. sub speciebus sacramentalibus? Respondet pag. 701. colum. 2. Probabile valde est posse Angelum, vel animam separatam videre animam Christi D. existentem sub speciebus sacramentalibus: & paulo post ait: De unione vero ad corpus, probabilius est non posse videre naturaliter: & tom. 2. de Relig. quaerens, qualiter Beati, & Angeli cognoscant nostras ad eos orationes, an has videant formaliter in Verbo, hoc est, per ipsam visionem, qua vident Deum, & Beati sunt; an causaliter tantum, hoc est, per novas revelationes, ait: Satis probabilis fit, eas cognoscere formaliter in Verbo, ut docuit S. Thom. 2. 2. qu. 83. art. 4. ad 2. & in 4. dist. 45. qu. 3. art. 1. & citat se ipsum 1. p. tr. 1. lib. 2. cap. 28. Transmittit alia plurima exempla ex tanto Doctore; & malo minus cruditus videri, quam audiri molestus.

§. III.

Aliorum Theologorum judicium.

SUMMARIUM.

P. Vasqu. sentit satis solum reflexum, n. 28.

Et licet dicat propriam cuique esse probabilitatem, negat tamen, quod tollat probabilitatem ab aliena, ibid.

Masfrinus negat requiri judicium directum de veritate, n. 29.

Immo Scotus, ibid.

Masfrinus ait satis esse certitudinem de probabilitate, n. 30. 31.

Ego puto omnes Probabilitates, & Probabilitates Reflexitas stare pro me, n. 32.

Immo stare debeant, n. 33.

Idem tradit D. Perea, P. Platellius, n. 34. 35.

Interdictum Societati putare probabilem opinionem tuentem parvitatem materiae in re vera, n. 35. 36.

Licitum operari sub reflexo de probabilitate, stante directo de falsitate opinionis ex mente Revisorum Societatis, n. 37. 38. 39.

Paritas Confessarii insolubilis, n. 40.

Fogarinus videtur sentire quod ego, n. 41.

Et Illustr. de Fuentes, n. 42. 43.

IN eadem nostram sententiam de solius N. judicii reflexi sufficientia venit P. Vasqu. 28. Probabilitas Non-Reflexita; quam videmus P. Val. docere satis se solo esse judicium directum, & nullum requiri judicium certum de veritate speculativa, (quod primum nos quoque docuimus, ita tamen ut simul admitterimus inesse cuique judicio certo probabilis certitudinem prudentiale, ut diximus disp. 18. sect. 8. & ideo necesse non esse aliud judicium reflexum certum de veritate speculativa; at tamen 1. 2. disp. 62. cap. 3. n. 10. supponit, aliquid ex hoc solo judicio reflexo recte operari posse; Certo probabilis est opinio negans esse restituendum, & quidem, etiam simul directe judicaret esse restituendum, quia ille assensus reflexus non opponitur huic directo; ergo multo magis, suspensio hoc directo, licet sub eo solo judicio reflexo de certa probabilitate objectiva opinionis negantis, licebit, inquam, operari. Idem innuit L. n. 17. dicens: Non existimare debemus nostras rationes esse demonstrabiles evidenter, quae opposita opinioni probabilitatem auferam. Ecce acutissimus Doctor, cui, ut constat ex n. 8. familiare erat hoc dictum a Probabilioristis deinde assumptum, Cuique propria opinio est probabilior, aegre fert, quod quis proprias rationes putet adeo sibi evidentes, ut opposita opinioni probabilitatem auferant; quanto magis aegre feret, quod quis judicet auferri probabilitatem opinionis oppositae per rationes suae opinionis sibi tantum probabiliores: & ideo n. 18. monet, quod nemo solo suo judicio debeat aliorum sententiam improbabilem judicare. Rogo Probabilioristas tuentes tamquam primum principium, quod opposita opinio numquam est probabilis ei, cui opposita est probabilior, ut animum in re latam ex P. Vasqu. doctrinam intendant. Similiter advertant, quod si opinio opposita manet probabilis, eo ipso, juxta P. Valqui, licitum erit eam sequi; quomodo autem, nisi vel reflexe, vel directe?

Idem

N. Idem apertissimè sentit Mastr. in 2. disp. 5.
29. qu. 2. n. 49. ubi ait: Cum igitur, ut homo licite
Mastr. operetur, & prudens habeat iudicium, quo

operetur, & prudens habeat iudicium, quo
dicat, Hic, & nunc hoc mihi licet, minime
opus sit iudicium præsupponi, quo veritati
opinionis assentiatur; sed sufficiat iudicium,
quo assentiatur ejus probabilitati; planè stan-
te probabilitate opinionis; quod actus sit il-
licitus, ac ut tali cognita per examen fun-
damentorum ejus; poterit adhuc licite con-
trarium sequi, specificantem actum pro li-
cito; licet enim in tali casu exerceat actum,
quem æstimat probabiliter illicitum specifi-
cative, non tamen reduplicative, nam illum
exercent ut a se existimatum licitum redupli-
cative: & n. 110. ait ex Scoto, quod licet,
cum dubio, asserere nequeam hoc esse in re
verum, possum tamen asserere illud ut proba-
bile. H. c. Maltrius. Ecce 1. quam expressè
Scotus, & Maltrius pro nostra conclusione
militent. Ecce 2. quod Maltrius clarè judi-
cet non tantum licitum sub solo iudicio re-
flexo de minori probabilitate operari, sus-
pensio omni directo de veritate, quin sentit li-
citum operari sub iudicio reflexo de proba-
bilitate opinionis tuentis actum licere, stan-
te simul iudicio directo de falsitate ejus opi-
nionis. Ecce 3. qualiter occurrat argumento,
quomodo habens utrumque illud iudicium,
unum reflexum de probabilitate, aliud direc-
tum de falsitate; quomodo, inquam, tunc
non peccet? Ait autem, quod licet tunc ope-
retur actum, quem directè iudicat probabi-
liter illicitum, at tamen iudicat illicitum spe-
cificative, non reduplicative; immò redup-
licative iudicat licitum, & ut putatum li-
citum exercet illum actum.

N. Similiter l. c. d. n. 129. plura tradit nobis
30. faventia, nam paucis mutatis hac habet:
Malt. Aliud est loqui de certitudine, & evidētia
honestatis actionis secundum se, & de ve-
ritate opinionis probabilis secundum se: aliud
de probabilitate honestatis actionis; & ve-
ritatis opinionis; nam magnum inter proba-
bilitatem, & veritatem est discrimen; veritas
enim stat in convenientiā predicati cum
subiecto, non ita probabilitas, sed in eo, quod
motiva suadentia veritatem opinionis, & hone-
statem actionis sint graviora, & apta ad pruden-
dens iudicium de ipsis formandum: ex quo
fit, quod opinio possit esse probabilis, & fal-
sa; & contra improbabilis, & vera. Quan-
do igitur dicitur, quod in exercitio partis
probabilis debet adesse iudicium certum, &
physicē evidēs de licentiā, aut honestatē
actionis, non volumus, quod tale iudicium
directē, & immēdiatē feratur in honestatem
objecti secundum se, ex. gr. talis contractus,

Tom.III.

fed in probabilitatem honeftatis, (ecce in terminis noſtra conclusio) ita ut ſenſus fit: Certum mihi, & evidens eſt, hunc contra-ctum eſſe probabiliter licitum.

Et n. 130. ait, quod licet veritas opinio- N.
nis alicujus sit tantum probabilis, tamen 31.
probabilitas veritatis ejusdem opinionis eff. Mastr.
certa, & evidens; & ideo valet inferre judi-
cium ultimum certum, & evidens, non
quidem de honestate actionis secundum se,
sed de probabilitate honestatis; & in hoc sen-
su loquuntur Authores nostræ opinionis à
Merenda adducti, dum dicunt, quod in exer- Merēd.
cizio opinionis probabilis intervenire debeat
judicium certum, & evidens, quod actio sit
licita: & in hoc deceptus est Merenda, dum
quod illi dicunt de probabilitate honestatis,
putavit illos hoc dixisse de honestate actio-
nis secundum se: immò idem Mastrius sub-
dit hoc ipsum PP. Vasqu. & Sanch. docuisse Mastr.
et, nisi negent requiri judicium certum; et- P. Vasq.
nim unice negant requiri certum de honestate P. Sanch.
actionis, & veritate opinionis, ita ut satis
sit directè probabile de honestate actio-
nis, & veritate opinionis; non autem negant
requiri certum de probabilitate veritatis
opinionis; & honestatis actionis; hoc enim
judicium certum requiritur. Hæc Mastrius;
quo nihil menti nostræ conformius.

Hinc puto 1. quod omnes Probabilitate Reflexivæ, immo etiam Probabilioritatis Reflexivæ evidenter stent pro meâ conclusionẽ tuente, quod ad hoc ut honeste, aut saltem ne cum peccato formali operer, satis sit solum judicium certum reflexum de ob-
jectivâ probabilitate, aut probabilioritate veritatis opinionis, & honestatis actionis, suspensio omni directo subjective probabili, aut probabiliori de veritate opinionis, & de honestate actionis: etenim docent, quod proxima, & formalis actuum humanorum regula sit judicium certum reflexum de licito usu probabilitatis, aut saltem probabilioritatis, ergo etiam talis regula esse poterit judicium reflexum certum de probabilitate, aut probabilioritate veritatis opinionis, & honestatis actionis, ut expressè asserit Mastrius l. c. quod idem repetit in Theologiâ Morali *disp. 1. uti ipso approbâs hunc ipsum resolvendi modum reflexum, recurriendo unice ad solum probabilitatem, omisso judicio directo de veritate opinionis; inter alia ejus loca, in 2. disp. 2. n. 138. ait: Spectatâ ratione naturali, probabilis est, quod Angeli possint naturaliter cordium secreta cognoscere, ut objecta sibi proportionata; pro quo trahit plures Scotistas.*

Puto 2. quod dicti Reflexistæ Probabi- 33.
Dd lioristæ,

honestas, aut Probabilistae, non tantum sentit, quin immo stare omnino, & tueri debeant nostram conclusionem: cum enim unicum, & praeipuum Reflexitarum fundamentum ad hoc reducat, quod cum quaelibet opinio directa sit opinativa, five sit probabilis, five probabilior, homo videt se exponi periculo peccati; ergo nisi accedat iudicium certum reflexum certificans de non peccato formali, homo non habebit conscientiam excludentem omne prorsus peccandi periculum, quin illud amabit sequendo opinionem directam, ait D. Perea n. 38. ergo tale iudicium reflexum est prorsus necessarium.

D. Perea

N.

34.

D. Perea

Confirmo; quia iudicium opinativum, etsi probabilius, non certificat intellectum de tuo objecto, ut bene D. Perea num. 206. stultus enim foret, qui diceret, iudicio probabilius contractum licere, ergo sum certus de ejus licentia; affirmaret enim iudicium probabilius indifferens ad veritatem, & falsitatem non esse fallibile, sed determinatum ad veritatem. Addit, quia iudicia viris doctis probabiliora saepe sunt falsa, ut certum est in DD. contradicentibus, quorum media pars fallitur in iudicio sibi ipsis probabiliori: nullum autem privilegium habet meum iudicium mihi probabilius, ne sapissime fallatur, sicut iudicia aliorum ipsis probabiliora falluntur: ergo iudicium probabilius opinativum de licentia contractus non me relinquit certum, sed incertum de hoc; quin immo, eo stante, si prudens sim, & non obstinatus, debco inturgentibus pro parte opposita motivis, ut fere semper occurrunt, de hoc, quod iudico, formidare, & incertus esse. Hæc solide, & breviter D. Perea *ibid.* Hoc argumentum mihi tantam vim facit, ut necessitatem iudicii reflexi declinare non possim, nisi nobiscum statuatur identificata cuique opinioni certo probabilis certitudo prudentialis de non peccato formali; vel nisi dicatur, supposita necessitate certitudinis de non peccato formali, ne formaliter peccemus, quam ferè omnes TT. admittunt; melius esse formare iudicium reflexum certum de probabilitate, quam niti directo; quodlibet enim directum, etsi probabilius, est incertum, nisi ejus certitudo exponatur, ut à nobis *disp.* 18. *sect.* 8. exposita fuit.

N.

35.

P. Plate.

P. Platellius in studiosa sua Synopsi tom. 2. cap. 3. n. 25. ait: Vir doctus, qui se accusat de venereis, tamquam peccatis sua opinionem (quam non vult deserere) solum venialibus ob levitatem materię, (non obstante decreto Societatis. vetantis, ne quis tam-

quam non improbabilem, immo tamquam tolerabilem iudicet sententiam de parvitate materię in re venerę) à Confessario Societatis absolvi potest. Ita Revisores Romani Societ. Jesu nomine R. P. Generalis responderunt ad Provinciam Gallo-Belgicam, 15. Januarij 1659. Ratio est; quod hoc non sit sententiam affirmantem approbare, aut consilium juxta eam dare, sed supposita probabilitate saltem extrinsecā, quam variorum Doctorum iudicio, Ecclesiā non improbate, possidet, penitenti bene disposito dare absolutionem, ad quam præmissa confessione legitimā jus habet, quam proinde sine injuriā non potest Confessarius illi negare, quamvis ejus opinionem centeat esse improbabilem, & falsam. Hæc Platellius.

Pro cuius intelligentiā sciendum, inter N. dictum esse omni Societatis viro, ne admittat ut probabilem sententiam affirmantem, dari parvitatē materię in re venerę, quæ excuset à mortali. Ita Societas universā; etiam P. Sanch. lib. 9. de Matrim. *disp.* 46. n. 9. de se dicat, quamvis dubie, aliquando non displicuit (subintellige, sententiā affirmantem) re tamen bene consideratā, rationibusque perpensis, tamquam certissimum tenendum iudicamus, nullam reperiri parvitatē materię in delectationibus venereis, scilicet etiam pollutionis, & consensus periculo in aliquid hujusmodi. Idem docet tom. 2. Summa lib. 5. cap. 6. n. 12.

Modo redeo ad P. Platellium. Ecce 1. non N. tantum licet sub solo iudicio reflexo de probabilitate opinionis proprię, aut alienę honeste formaliter operari, suspensio omni prorsus iudicio directo, tum de veritate proprię, tum de falsitate alienę opinionis; quin licet operari sub iudicio reflexo de probabilitate opinionis oppositę, stante iudicio directo de falsitate ejusdem.

Ecce 2. quod hæc doctrina est, & fuit N. Revisorum Societatis, qui sunt Theologi ipsius P. Generalis, & regulariter esse solent viri in qualibet materiā veratissimi, & clarissimi.

Ecce 3. quod licitum sit absolvere sub iudicio reflexo de sola probabilitate extrinsecā veritatis opinionis, stante non tantum iudicio directo de falsitate ejus opinionis, quin stante iudicio certo reflexo de improbabilitate intrinsecā ejusdem opinionis; ut patet in casu adducto, quo Confessor Societatis licite absolvit penitentem, etiam idem Confessor iudicet opinionem penitentis, censentis dari in re venerę parvitatē materię, esse falsam, immo intrinsecē improbabilem.

Ecce

SECTIO II.

Tertia, & quarta ratio à priori.

§. I.

Quia nulla prorsus datur lex obligans in incertis ad iudicium directum.

SUMMARIUM.

*Excepta materia fidei, nulla datur lex obligans ad iudicia directa, n. 44.**Etsi fidei actus sint inevidentes, sunt certissimi; at omnes naturales inevidentes sunt incerti, n. 45.**Immo actus fidei est connexus essentialiter cum veritate logica, & certus de eadem; non ita actus naturales inevidentes, n. 46.**Non quidquid est in actu fidei directo, est in reflexo; at quidquid est in actu naturali directo incerto, est in reflexo, & quidem perfectioni modo, n. 47.**Sicut repugnat lex obligans directe ad peccatum materiale voluntatem, ita intellectum ad errorem materiale, n. 48.**Media pars DD. contradicentium obligaretur errare, ibid. & n. 49.**Ex hoc quod simus liberi suspendere omne iudicium etsi moraliter certum, inferitur nullam dari legem de iudicio directo, n. 50. 51.**Alia rationes pro tali non lege, n. 52.**Lex non clara non est lex, aut utrumque fus, n. 53.*N.
44.

Arguo 1. quia omnis obligatio est ab aliqua lege, ut constans est; sed nulla datur lex non tantum certa, sed ne probabilis quidem, quia teneamur in hinc inde post accuratum veritatis examen adhuc incertis ad iudicium directum de veritate; ergo nulla datur obligatio ad tale directum de rei veritate formandum iudicium, ne formaliter peccemus, vel ut honeste formaliter operemur. Minor probatur, tum quia si datur talis lex, allegetur; tum quia nullibi, praterquam in materia fidei, inevidenti quidem, non tamen incerta, immo certissima, datur præceptum, aut lex obligans ad directum de veritate iudicium: nam sola fides Divina obligat ad actus directos, inevidentes quidem, non tamen incertos, immo certissimos; alibi autem, ne quidem vestigium reperire est alicujus præcepti, aut legis obligantis ad iudicia directa, ne quidem inevidentia, multo minus incerta, antequam operemur; ergo supposititia est prorsus obligatio formandi iudicium directum inevidens, & incertum, antequam operemur; sed omne iudicium subjectivè probabile, aut probabilius,

aut moraliter certum est semper inevidens, & logicè incertum, seu est incertum de conformitate sui cum objecto, ut est in re; ergo nulla datur obligatio ad illud formandum.

Confirmo 1. quia eatenus datur præceptum Fidei Divinæ obligans nos ad actus directos inevidentes; quatenus iidem inevidentes Fidei Divinæ actus sunt ex toto certissimi, & omnino infallibiles, & prorsus veri, utpote procedentes à principio supernaturali essentialiter conjuncto cum veritate objecti, ut est in re: ergo ex opposito, cum nullus detur actus naturalis inevidens, qui non sit logicè incertus, & qui non possit non esse falsus, (quilibet enim potest esse falsus, etiam non quilibet sit falsus) nulla datur lex obligans ad concipiendos eos actus naturales logicè incertos; sed omne iudicium probabile, probabilius, aut moraliter certum est semper logicè incertum de veritate speculativa sui objecti; ergo nulla datur lex obligans ad dicta iudicia directa formanda.

Confirmo 2. quia inevidentia, quæ Fidei Divinæ competit, talis est, ut sit indispensable cum veritate logicæ, (quale enim est objectum in actu fidei, tale est in re; & e contra, quale est in re, tale est in actu Fidei Divinæ) sed etiam est indispensabile connexa cum certitudine veritatis logicæ objecti credendi, immo ea inevidentia ideo relinquatur, ut Fidei Divinæ actibus competat ratio meriti: ex opposito omnis inevidentia actibus naturalibus competens talis est, ut nec sit infallibiliter connexa cum veritate logica, & multo minus cum certitudine veritatis logicæ sui objecti; quin omnis inevidentia in actibus naturalibus est connexa cum incertitudine veritatis logicæ; quilibet enim actus naturalis inevidens est indifferens ad veritatem, & falsitatem logicam, seu ut sit, aut non sit conformis objecto, ut est in re: omnis enim naturalis certitudo à sola evidentia oritur: (loquor de certitudine speculativa, quæ oritur ex merito objecti, aut lumine, sub quo proponitur, non de affectiva, quæ à voluntate derivatur) ergo sicut æquum est, ut detur præceptum fidei supernaturale obligans nos ad directos, & inevidentes actus fidei supernaturales; nam tale præceptum obligat nos ad actus supernaturales certissime veros, etiam inevidentes de veritate objecti credendi; ita æquum prorsus est, ut nulla detur lex obligans nos ad formandos actus directos naturales inevidentes, utpote quia omnes, & quicumque sunt indifferentes ad falsitatem, & veritatem, & omnes, & quilibet certitudinem veritatis sui objecti destituti.

Con-

N. 47. Confirmo 3. quia non quidquid est in actu inevidenti directo fidei supernaturalis, est in actu reflexo; nam in hoc actu directo, *Credo Verbum esse incarnatum*, est ratio meritorij, & liberi; & est essentialis connexio cum veritate objecti, ut est in re; at in hoc actu reflexo, *Est evidenter credibile Verbum esse incarnatum*, est detur evidentia de credibilitate objectivâ, nulla tamen datur ratio liberi, nec meritorij; immo minor est certitudo naturalis ejus actus reflexi, etsi evidētis, quàm sit certitudo supernaturalis ejus actus directi, etsi inevidentis, ut docent communiter T. T. & nos cum illis in *Tract. Fidei*: e contra comparando judicium naturale directum inevidens, & incertum cum judicio naturali reflexo, & evidenti, nil prorsus perfectionis est in actu directo, quod non sit longe eminentius in reflexo: in hoc enim actu directo subjectivè probabilis, aut probabiliori, aut moraliter certo, *Licet die festo pictura*, etsi detur, quod sit verus, non tamen est essentialiter verus, immo potuit esse falsus, cum de se indifferens sit ad verum, & falsum. Rursus in eo actu nulla est certitudo veritatis logicæ, ob dictam indifferentiam: at in hoc reflexo, *Est probabile picturam die festo licere*, datur tum veritas logica, tum certitudo, & evidentia dictæ veritatis, seu essentialis connexio cum veritate sui objecti, nempe ipsa probabilitate objectivâ: ergo jure merito datur lex obligans ad formandos directos, & inevidentes actus fidei supernaturalis; & jure merito nulla datur lex obligans ad formandum ullum actum directum naturalem inevidentem, & incertum.

N. 48. Arguo 2. Implicat lex obligans voluntatem directè ad peccatum materiale, nam talis lex obligaret directè voluntatem ad turpitudinem: ergo implicat lex obligans directè intellectum ad materiale errorem. Antecedens constat: Si enim Adversarij contra admistum à nobis licitum cujusque opinionis certò probabilis usum arguunt ex hoc principio, ipsis certo, nobis tamen falso, quod detur lex obligans vitare omne peccatum materiale, etsi prudenter negatum esse tale; quanto magis verum saltem erit illud antecedens, quod repugnet lex obligans directè ad peccatum materiale? Consequentia autem probatur paritate antecedentis: Non minus enim intellectum inscit error materialis, quàm voluntatem culpa materialis: ergo si repugnat lex voluntatem obligans directè ad culpam materiale, & ad summum ex hypothesi, quod ea culpa materialis negetur, dari potest lex obligans ad illam;

Tom. III.

tunc autem non directè, & per se, sed ex hypothesi, quod prudenter negetur, ea lex obligat; equè repugnabit lex obligans intellectum directè ad errorem materiale, sed ad summum per accidens, & ex hypothesi, quod negetur talem actum esse errorem materiale. Sed si datur obligatio formandi semper, etsi in rebus incertis, judicium directum de veritate opinionis, ne formaliter peccemus, aut ut honestè formaliter operemur, quamvis illud judicium directum supponatur moraliter certum, aut probabilius, aut probabile, datur lex obligans directè intellectum ad errorem materiale concipiendum: ergo ne formaliter peccemus, aut ut honestè formaliter operemur, nulla datur lex obligans ad formandum semper judicium directum de veritate opinionis, aut de honestate actionis. Minor subsumpta probatur: Ut enim frequenter dixi, ex Doctoribus invicem contradicentibus media pars errat, quamvis utraque supponat propriam opinionem esse sibi non tantum probabilem, sed probabiliorē, & aliquando moraliter certam: igitur media pars obligatur directè, & per se ad errorem materiale concipiendum. Consequentia probatur; quia utraque pars directè, & per se obligatur formare judicium directum de veritate opinionis, & honestate actionis, ne formaliter peccet, aut ut honestè formaliter operetur, ut volunt Adversarij: ergo cum media pars eorum judiciorum directorum sint errores materiales, media pars Doctorum contradicentium obligabitur directè, & per se ad errorem materiale concipiendum.

Confirmo 1. quia hæc duo sibi repugnant: N. 49. Datur lex naturalis obligans vitare omne peccatum materiale, & omnem errorem materiale voluntarium: Datur lex naturalis obligans ad assensum directum, etsi materialiter erroneum, & ad volitionem, etsi materialiter turpem: ergo si Adversarij asserunt primum, ut sæpe contra nos asserunt, non possunt modò, nisi cum contradictione, asserere alterum: ergo si datur lex naturalis obligans vitare omnem errorem, & culpam materiale voluntariam, implicat, ut detur lex obligans directè ad errorem, & culpam materiale voluntariam: sed lex obligans semper ad judicium directum de veritate opinionis, & ad honestatem actionis conformem veritati opinionis, obligat mediam partem Doctorum contradicentium ad errorem, & culpam materiale: ergo nulla datur lex naturalis obligans in rebus post accuratum examē adhuc hinc inde incertis:

Dd iij

(incerta)

(incerta autem sunt omnia, quæ sunt naturalia; & non evidentia; et si enim videantur moraliter certa, attamen semper sunt incerta de veritate speculativa, alias cum utraque contradictoria sit moraliter certa, una uni, altera alteri, utraque esset certa de veritate speculativa, quod implicat; repugnat enim ut utraque contradictoria sit certa, alias utraque quoque esse posset evidens respectu diversæ intellectus ergo nulla, inquam, datur lex naturalis obligans in incertis ad formandum semper, antequam operemur, iudicium directum de veritate opinionis, & de honestate actionis.

N. Confirmo 2. quia ut hic *scilicet* 1. §. 3. dixi
50. ex Fogarino, ex hoc præcisè, quod multi
Fogar. docti negent talem obligationem, formare possum dictamen de non obligatione; ita ait *disp.* 2. n. 103. & 104. ergo multo magis ex eo præcisè, quod ab Adversariis nulla assertatur lex obligans, formare possum dictamen de non tali lege; sed nulla prorsus assertur, & non nisi arbitrariè dicitur, quod detur lex, ne in incertis operemur sine prævio iudicio directo de veritate opinionis, & de honestate actionis, immò plurima stant contra dictam legem, & est chimærica, ut ostendimus, & ipsi naturali legi opposita. Cur enim natura nobis dedit libertatem suspendendi omnem assensum directum, quoties est incertus, nisi ne nos obligaret ad errorem materiale adeo obvium, ut obvia est in rebus incertis Doctorum contradictio? Ergo nulla prorsus datur, immò nec dari potest lex naturalis obligans nos in incertis ad formandum semper iudicium directum de veritate opinionis.

N. Confirmo 3. quia certum, per omnes, est
51. intellectum à solâ evidentia cogi, ita ut quoties objecta sunt inevidentia, (sunt autem omnia, quæ sunt incerta) toties intellectus sit liber libertate saltem exercitii, seu contradictionis, assentiri, aut non assentiri, dissentiri, aut non dissentiri: sed omnia purè probabilia, aut probabiliora, aut moraliter certa sunt inevidentia: (et si enim non omnia inevidentia sunt incerta, ut patet in actibus, & objectis Fidei Divinæ; omnia tamen incerta sunt inevidentia) ergo circa omnia inevidentia liber est intellectus: ergo repugnat dicere, quod intellectus hominis volentis operari lege naturali obligetur ad iudicium directum inevidens formandum. Consequentia probatur; quia ea obligatio, aut lex naturalis assentiendi directè, vel oritur ex ipsâ naturâ intellectus versantis circa inevidentia; & hoc non; nam circa hæc intellectus est prorsus liber assentiri, & non assen-

tiri: vel oritur ex eo quia homo tunc trahitur operari? & hoc non; ut enim operari possit, satis est aliquod iudicium prævium, adeoque vel solum directum de veritate opinionis, & honestate actionis; vel solum reflexum certum de probabilitate veritatis opinionis, & honestatis actionis: dicere autem quod necessarium simpliciter, & semper sit iudicium directum inevidens, & incertum, est prorsus arbitrium; undenam hæc necessitas colligitur?

Confirmo 4. Implicat, ut homo lege naturali obligetur ad formandum iudicium, de quo habet evidentiam, quod possit esse falsum; et si simul probabilius, aut certo moraliter putet esse verum: sed homo de omni iudicio directo naturali inevidenti habet evidentiam, quod possit esse falsum; atque adeo de omni iudicio directo, et si probabilissimo, aut moraliter certo, habet evidentiam, quod possit esse falsum: ergo homo nulla lege naturali obligatur ad formandum illud iudicium directum, et si probabilissimum, aut moraliter certum. Maior probatur; quia aliud est, quod non sit contra legem naturalem, & humanæ mentis conditionem, quod homo formare possit iudicium directum subiectum falsitati; aliud, quod lege naturali ad illud teneatur. Illud demus, & ideo dicimus, quod formans iudicium directum inevidens, præsertim si sit probabilius, aut moraliter certum, non operetur contra ullam legem naturalem, immò iuxta imperfectum humanæ mentis statum operetur; hoc negamus, & ideo negamus, quod aliqua lege naturali teneatur ad tale iudicium subiectum falsitati. Breviter: homo nec habet legem vetantem iudicium subiectum falsitati, dummodo sit ex gravi fundamento conceptum; nec habet legem præcipientem tale iudicium subiectum falsitati.

Confirmo 5. Lex debet esse clara, ut habetur *cap. 2. dist. 4. & Ambrosius de Testam. §. 1.* adeo ut lex habens plures sensus non sit lex, quia clara non est, nec obliget, ut Bartolus *parol. in L. In ambiguo ff. de rebus dubiis n. 1. Felix* Baldus *in cap. 1. de Const.* quod enim multis Baldus *in cap. 1. de Const.* quod enim multis Baldus *in L. Datâ operâ, & Navar. Conf. 12. de Simonia.* Rursum si lex non sit clara, eo ipso erit obscura; in obscuris autem minimum est sequendum, ait *Reg. 11. in 6.* immò obicure dictum habetur pro non dicto, ait *Glossa verb. Dubium cap. In præsentia 8. de Probat. & in cap. 2. qu. 3. verb. Simpliciter* & obicure scriptum pro non scripto habetur, ibi *L. 2. ff. de iis, quæ pro nobis* & obicure respondere, & nihil respondere paria sunt,

sunt, *L. De etate* 13. §. *Nihil interest ff. de Inter.* Et pactio obscura interpretatur contra proferentem, *L. Si actorem* 16. §. *lex ff. de Servit. urbana pradiorum*: & in ambiguo sermone non utrumque dicimus, sed id tantum, quod volumus, *L. in ambiguo* 3. ff. *de Rebus dub.* ergo ex utroque jure habetur, quod quoties lex non est clara, sed obscura, nihil obliget; sed quoties Jus Canonicum, Pontifices, SS. PP. DD. judicium tantum ferunt de probabilitate veritatis opinionis; veritas opinionis est obscura, adeoque etiam lex: ergo lex, etsi daretur, non obligat: ergo nemo tenetur ad directum de veritate incertum judicium, sed satis de probabilitate utriusque opinionis pro libito, quia datur probabilitas legis, & non legis.

N. 54. Confirmo 6. quia si quoties lex est obscura non obligat, multo minus lex, quæ non est certo probabilis, obligabit: sed lex de ferendo circa incerta iudicio directo subjective probabilis, probabiliori, aut moraliter certo, antequam operemur, nullâ auctoritate, nullâque firmâ ratione ab Adversarijs probatur; illam enim purè affirmant, quia volunt: ergo talis lex multo minus obligabit.

§. II.

Quia implicat, ut iudicium directum naturale incedens sit firmum.

S U M M A R I U M.

Dilectum Caietani, quod opinio tripliciter sit illucida, n. 56.

Affectus ad propria, causa erroris, ibid.

Caietanus, & M. Bannez ait reprehendendos esse, qui suis opinionibus ita adherent, ut oppositas non putent probabiles, ibid.

S. Thom. aperte contradistinguit iudicium opinionativum a determinativo de veritate, n. 57.

Non est necesse, ut quis solvat oppositas rationes antequam sequatur aliquam opinionem, ut constat ex S. Thom. ibid.

Hinc rejiciendus Fogarinus, ibid.

Contradictio P. Thyrsi, n. 58.

Rectè Illustr. Fuentes rejicit, & probat repugnare, ut opinio probabilior sit ita moraliter certa, ac est hæc propositio, Hostia exposita est consecrata, ego sum baptizatus, n. 59. 60.

Istæ excludunt omnem prudentem formidinem oppositi, non ita opinio inter TT. incerta, ib.

Sicut ex evidentiâ credibilitatis mysteriorum fidei non sequitur eorum evidentiâ, ita multo minus ex eo quod opinio sit evidenter probabilior, sequitur, quod sit evidenter vera, n. 61.

Est contra logicam ex probabilitate inferre veritatem, n. 62.

Implicat, ut opinio probabilior iudicetur determinatè vera, n. 63. 64.

Volunt Adversarii, quod iudicium directum subjective probabilius debeat esse firmum; & absolutum de veritate opinionis, & honestate operationis, ne formaliter peccemus, & ut honestè formaliter operemur. Intentum nostrum est hujus doctrinæ repugnantiam ostendere; quâ ostensâ, non tantum necessarium non erit, quin repugnabit, ut ante operationem necessarium sit iudicium directum determinatum, & absolutum de veritate opinionis, & de honestate operationis.

Et primo quidem egregium se mihi offert Card. Caietani dictum in Summâ *verb. N. 56. Caiet.* *Opinio*, ubi ait, opinionem tripliciter esse illicitam. Primo ex eo quod sit voluntaria: Secundo ex non relatione ad suam regulam. Tertio ex modo, dum nimis firmiter adheretur opinioni, & asseritur, ut certum, & indubitatum, quod tamen est intra latitudinem opinabilem; & hinc se peccatur ex nimio affectu ad nostra, & minori, quam opus fuerit, examine, resolutione, ac iudicio, dum probabilia accipiuntur, ac demonstrata. Hæc Caietanus: Consonat ex eadem nobili familiâ M. Bannez *tom. 1. in 1. p. quæ. 1. M. Ban. art. 8. dubitat. ult. concl. 1. dicens*: Merito reprehendendi sunt aliqui TT. qui opinionibus proprijs, vel aliorum nimis adherentes, statim contraria dogmata præcipiti quâdam sententiâ absque sufficientibus rationibus damnant. Ita M. Bannez. An autem hoc cadat in eos Probabilioristas, qui pleno ore docent, nullam oppositam esse probabilem ei, cui sua est probabilior, viderit Lector. Hoc ego scio, quod S. Thom. *quodlib. 9. art. 15. na. dilcurrat*: Illud, quod vergit in commune periculum, non est ab Ecclesiâ sustinendum; Ecclesiâ sustinet; ergo non est periculum peccati mortalis. Hæc S. Thom. Si ergo, ut rectè M. Bannez *l. c. dub. 4. concl. 6. M. Ban.* Ecclesiâ prudente, & sciente, hæc inter TT. opinionum varietas permittitur, perinde est, ac si Ecclesiâ diceret: Unusquisque in suo sensu abundet, dummodo fidei veritas, & Ecclesiæ Catholice auctoritas defendatur. Ita M. Bannez. Hæc duplici ex titulo tradere duxi, tum ut ostenderem falsitatem hujus principij familiaris Probabilioristis, quod nemo sibi probabilem judicare potest opinionem oppositam, quoties propria est sibi probabilior; nam si nulla opposita mea est mihi probabilis, evidenter sequitur, quod omnis opposita mea non est mihi probabilis, immo est mihi improbabilis; nil autem peius dici

dici potest de aliquâ opinione, præcinden-
do à censuris Theologicis, quàm quod non
sit probabilis, aut quod sit improbabilis:
tum ut aperirem falsitatem quoque alterius
doctrinæ, nempe quod iudicium directum
subjectivè probabilius debeat esse fixum,
firmum, absolutum, & determinatum
de veritate; quomodo enim tale sit, si op-
positum iudicium est quoque certò probabi-
le?

N. ^{57.} ^{S. Tho.} ^{Jon III.} ^{P. Thy.} Secundò se mihi offert S. Thom. 3. p.
qu. 78. art. 1. ad 1. qui loquens de Innoc. III.
dixit: *Contra hoc sunt expresse verba Evangelij;*
unde prædicta verba Innocentij sunt opinativè
magis dicta, quam determinativè. Ecce Angeli-
cus apertè contradistinguit *opinativum* à de-
terminativo: ergo dicere, quod iudicium opi-
nativum debeat esse absolutum, & determi-
natum de veritate, ut docet P. D. Thyrsus,
videtur contra S. Thomam. Accedit tum M.

M. Joan. à S. Thom. 3. p. qu. 48. art. 5. ad 2. qui
postquam traxit textu D. Augustini, (quem
S. Aug. ramen non sequitur) dicit, quod S. Augu-
stinus loquatur opinando, non determinando,

P. Henr. *sicut sepe facit in illo libro: tum P. Henricus*
Enriquez lib. 1. de Pontif. Romani Clave
cap. 15. §. 1. ubi loquens de S. Thom. scribit.
S. Thomas in quibusdam loquitur opinativè,
& interdum retractat, quod prius etiam in Theo-
logica Summâ dixerat. Ergo si ex S. Thom.
& ex M. Joan. à S. Thom. & ex P. Enri-
quez loqui opinativè, & loqui determina-
tivè, adeo inter se opponuntur, & contra-
distinguntur, non video, quomodo dici
possit, quod iudicium directum subjecti-
vè probabilius, cum semper sit opinati-
vum, esse debeat, non tantum firmum, sed
absolutum, & determinatum de veritate:
& longè minùs video, quomodo doctrina

Fogar. Fogarini sustineri possit, quod omne iudi-
cium directum necessarium ad rectam ope-
rationem debeat esse moraliter certum, &
tale, ut antequam illi assentiar, debeam sem-
per priùs solvisse rationes stantes pro iudicio
directo opposito. Nam Caietanus 1. 2. q. 109.

Caier. ^{S. Tho.} art. 8. ait: Dubium quidem magnum occur-
rit in multis: primo ex ipso Authore, quia
in 2. dist. 28. q. 1. art. 2. rejicit hanc viam,
quam hic docet pro sententiâ, & arguit con-
tra eam solvens rationem ejus, & dimittit
eam ut falsam; in hoc autem loco non re-
spondet suis rationibus ibidem factis, & ta-
men determinat oppositum. Hæc Caietanus.
Ecce S. Thom. sequitur oppositam opinio-
nem, quam olim docuerat, nec tamen ejus
solvit rationes: ergo ut quis aliquam opinio-
nem prudenter sequatur, necesse non est, ut
oppositas rationes solvat, ut toties inculcat

Fogarinus; sed satis, ut iudicet certò proba-
bilem, esto non solvat rationes oppositas ve-
ritati ejus opinionis certò probabilis.

His ad eruditionem præbatis, proban-
da modo à me est doctrina allata repugnan-
tia, nempe, quod iudicium subjectivè pro-
babilius necessarium ad rectam operationem
debet esse firmum, & fixum, & determi-
natum de veritate. Ita autem arguo: Opinio
ex P. D. Thyrsio *Disser.* 3. cap. 2. n. 39. est
iudicium determinatum alterius parit, infir-
rum tamen, & vacillans, & habens cam-
eram formidinem de opposito: sed iudicium sub-
jectivè probabilius, quod P. D. Thyrsius as-
serit ad rectam operationem necessarium, est
opinativum; ergo est infirmum, & vacil-
lans, & habens conjunctam formidinem de
opposito; ergo implicat, ut illud idem sit
absolutum, firmum, & fixum de verita-
te: ergo vel ad rectam operationem non pre-
requiritur necessariò, ut opinio iudicetur ve-
ra, iudicio absoluto, firmo, & non fluctuan-
te, ut toties asserit; vel si hoc prærequiritur,
ut sæpe asserit, falsum prius est, quod
priùs asseruerat, nempe quod opinio iudi-
cium determinatum, infirmum, & vacil-
lans, & formidans de opposito.

Contradictio hæc notata fuit ab Illustr. N.
Episcopo Fuentes (quem è vivis creptum to. 59.
ta Theologia recenter luget) in suo *Examen*
ne Theologico de Probabiliorismo art. 1. n. 1.
declarans magis hoc ipsum ita sentè discu-
rit: Opinio, quam quis sequitur, retinet es-
sentiam opinionis; sed de hujus essentia est
juxta P. D. Thyrsi. quod sit iudicium infir-
mum, & vacillans: ergo opinio, quam quis
sequitur, est iudicium infirmum; ergo qui
eam sequitur, non potest eam iudicare ve-
ram iudicio firmo, & non fluctuante. Sub-
dit n. 3. quod ex eo, quod quis suam opi-
nionem iudicet sibi probabiliorē, non fit,
quod ideo possit iudicare firmiter veram:
tum quia timere potest, ne ex voluntariò af-
fectu fundamenta appareant sibi urgentiora:
tum quia pro oppositâ stare videt graves Do-
ctores, & rationes: tum quia, ut ego alibi do-
cui, evidentiâ credibilitatis hæc longe
differt ab evidentiâ probabilioritatis propriæ
opinionis; illa enim tanta est, ut mereatur,
quod firmissimè assentiar objecto evidenter
credibili; nemo autem dicit evidentiâ
probabilioritatis mereri, ut firmissimè as-
sentiar per actum opinionis objecto mihi
evidenter probabiliori: tum quia pleneque
opinionēs alicui probabiliores non sunt illi
adeo evidenter probabiliores, ut nostra reli-
gio, & mysteria, est evidenter credibilior se-
ctis, & articulis oppositis. Immo, si ex P.
D. Thyrsio

P. Thyr. D. Thyrso *diff. 3. cap. 2. n. 30.* fides nostra sine evidentiâ creditatis requisita alicui proponeretur, ille non teneretur eam credere, sed excularetur ignorantia invincibili, ut docet M. Lorca, quod approbat P. D. Thyrus; eo ipso sequitur, quod nemo assentiri tenebitur opinioni probabiliori, quoties careat evidentiâ illâ ad fidem requisitâ; adeoque poterit sequi oppositam, etsi minus probabilem, absque eo quod, vel probabiliorum iudicet absolute falsam, vel minus probabilem absolute veram, sed solum iudicet utramque certo probabilem, nec aliud requiritur ad sequendam quaecumque opinionem in opere morali. Hæc prudens, & doctus Episcopus.

N. Confirmat 1. *art. 2. & 3.* ubi recte probat opinioni probabiliori non convenire certitudinem moralem exclusivam omnis prudentis formidinis de opposito; neque ex eo quod aliqua opinio videatur alicui probabilior, ideo dici possit esse illi moraliter certa. Quis enim dicat adeo certam sibi esse omnem opinionem sibi probabiliorum, ut est moraliter certum Hostiam publico cultui expositam esse consecratam? Nam cum Hostia exponitur, ita adest prudens pro consecratione fundamentum, ut nullum prorsus adsit prudens pro non consecratione fundamentum; quod si adesset, non essem moraliter certus de consecratione; sed stante probabilitate propriæ opinionis, hinc inde inter T. T. controversæ, adest prudens fundamentum pro oppositâ, nam utraque iudicatur certo probabilis; ergo mea mihi probabilior non est mihi moraliter certa; ergo non excludit omnem prudentem formidinem à certo gravi fundamento opinionis oppositæ derivatam. Si autem opinio mihi probabilior non est mihi moraliter certa de veritate logicâ, rogo, quomodo firmo, & non fluctuante prudenter iudicio potero illi assentiri? Etenim, quod meæ opinionis fundamenta videantur mihi urgentiora, ad summum sequitur, quod minorem habeam formidinem de logicâ meæ opinionis veritate, quàm de veritate oppositæ; nullatenus autem sequitur, quod habeam certitudinem moralem de logicâ veritate meæ opinionis.

N. Confirmat 2. *art. 4.* alio argumento, quod nos quoque ex nostro penu alibi dedimus. Ex eo quod fidei objecta sint evidenter credibilia objectis oppositis, non fit, quod sint evidenter vera, ut latè docui *disp. 9.* ergo multò minus ex eo, quod mea opinio sit mihi evidenter probabilior, non fiet, quod sit mihi certo vera. Si ergo ex certitudine

probabilioritatis non sequitur certitudo veritatis; immò si ex certo probabilioribus invicem contradicentibus evidens est tot esse falsas, quot veras; non video qualiter quis certo cognoscens, quod ex opinionibus certo probabilioribus sibi invicem contradicentibus, una sit uni, altera alteri probabilior, possit formare firmum, & moraliter certum de sue opinionis, etsi sibi evidenter probabilioris; veritate, possit, inquam, tale iudicium formare: ergo si tale iudicium directum firmum de veritate logicâ est chimericum, eo ipso non est necessarium ad rectè operandum.

Urgeo hoc ipsum: Recta Logica docet, N. nil debere esse in consequenti, quod in præmissis non fuerit; sed in præmissis non est nisi probabilitas ipsius veritatis; ergo in consequenti non potest esse nisi probabilitas ipsius veritatis, non autem veritas. Quis enim de culpâ logicâ non accusabit ita argumentem? Probabilis est Petrum currere; ergo Petrus currit: cur autem, nisi quia ex probabilitate cursus affirmatâ procedit ad affirmandam cursus veritatem? atque adeo plus asserit in consequenti, quàm asseruerat in antecedenti: sed in hoc ipsum incidunt quotquot docent assentiendum directè esse ut veræ, & quidem iudicio firmo, & absolute de veritate, ipsi opinioni credite certo probabiliori; nam à certâ probabilitate veritatis affirmatâ transeunt ad affirmandam absolute veritatem: ergo incolumi Logicâ nullatenus dici potest, quod ut quis rectè operetur, teneatur opinioni sibi visæ certo probabiliori assentiri illi per iudicium directum absolutum, & firmum, tamquam veræ: ergo doctrina Probabilioristarum obligantium ad firmum de veritate iudicium, quoties veriamur inter æquæ, aut non æquæ probabilia, non tantum repugnat naturæ iudicii opinativi, etsi certo probabilioris, sed etiam ipsi Dialecticæ principiis.

Idem prorsus dico repugnare, ut quis opinionem sibi probabiliorum iudicet determinatè veram: etenim scit, quod omnis opinio stans intra terminos probabilitatis sit indifferens ad veritatem, & falsitatem; immò scit plurimas probabiliores esse falsas; & ex probabilioribus invicem contradicentibus tot esse falsas, quot veras: ergo timere merito prudenter potest, ne opinio visa sibi probabilior sit falsa: ergo repugnat, ut iudicet determinatè veram opinionem sibi probabiliorum, cum evidenter sciat esse indifferentem ad falsitatem: ergo doctrina de obligatione assensus directi absoluti, & determinati de veritate opinionis sibi probabili-

horis

loris, ut quis licite operetur, est prorsus repugnans.

N. Hinc laudatus merito Episcopus de Fuentes in suo libello, mole quidem, non tamen sapientia, prudentia, & rationum pondere exiguo, toto suo Probabiliorismi Examine contendit, quod opinionem, quam probabilioris iudico, nequeam absolute iudicare veram; sed tantum verosimiliorem, & quidem cum formidine, an sit in re falsa: similiter contendit, quod nequeam minus probabilem oppositam iudicare absolute falsam, sed forte esse veram; & ideo ejus fundamentum iudico grave, & sufficiens, ut intellectus suspendat tum assensum determinatum de veritate probabilioris, tum assensum determinatum de falsitate minus probabilis. Si enim, ut ait a. n. 72. iudicare possum alios Doctores errasse contra legem sequendo opinionem sibi probabilioris; & hoc quia mihi est probabilior; cur timere non potero, me hic, & nunc quoque errare, iudicando, etsi quia mihi est probabilior eos errasse? Si ergo timere possum de ipsa mea probabilioritate, quanto magis de ejusdem mei iudicii mihi probabilioris veritate; cum sciam, quod omne probabilior sit indifferens ad verum, & falsum?

§. III.

Alia repugnantia pro ejusdem firmi iudicii directi necessitate.

SUMMARIUM.

Contradictio, n. 65.

DD. tuentes obligationem sequendi tutiorem inter aequae probabiles, n. 66.

Alia eorum Probabilioristarum contradictio, ib. & n. 67.

Si datur obligatio sequendi tutiorem inter aequae probabiles, non est necessarium, immo repugnat iudicium directum, n. 68. 69.

Implicat iudicium directum, si teneor sequi tutiorem minus probabilem, aut si possum eam sequi, si verum est, quod intellectus nequeat physice assentiri minus probabili, n. 70.

Alia repugnantia iudicii directi de veritate, dato Probabilioristarum principio, quod non teneamur semper ad verum, n. 71. 72.

Alia contradictio P. Thyrsi, n. 73.

Aut P. Thyrsius se non obligare ad querendam re ipsa probabilioris, n. 74.

DD. qui tractant de quantitate diligentiae pro verinquisitione; & qua passim tradatur, ib.

Repugnat, ut probabilior iudicetur absolute, & firme certa, n. 75.

Alia repugnantia ex doctrina P. Eliz. n. 76.

Alia contra Palanci principia, n. 77.

Palanci contradictio, ibid.

Alia repugnantia, n. 78. 79. 80.

ECce alia contra idem iudicium directum de veritate firmum, immo necessarium, repugnantia, quae ex doctrina Probabilioristarum sequitur.

Prima est, quod dicant, suspendendum N. esse omne iudicium, quoties utraque opinio est aequae probabilis; ita P. D. Thyrsius a. n. 7. §. 7. & simul dicat sequendam tunc esse tutiorem; ita Lf. §. 8. n. 51. Modo rogo, quomodo tunc sequi possum tutiorem, si necessitas ad suspendendum iudicium de veritate tutoris? nam quoties utraque est aequae probabilis, teneor ad utriusque iudicii suspensionem; sed etsi una sit tutor, est tamen aequae probabilis; ergo tunc teneor ad suspendendum iudicium de veritate tutoris; ergo vel tunc non possum sequi tutiorem, quia tunc implicat iudicium directum de illius veritate, cum tutor non sit tunc probabilior; vel si possum, necessarium non est iudicium directum de veritate tutoris, sed satis reflexum de ejus tutoritate.

Confirmo 1. hoc ipsum; quia ex una parte datur obligatio sequendi tutiorem, quoties utraque est aequae probabilis, ut vult Palanco, P. Munesia, P. D. Thyrsi & Fogge. P. Minus: ex alia datur impossibilitas sequendi illam, quia, juxta eandem, omnis opinio, quam sequor, debet a me iudicari directe vera; sed neutra ex aequae probabilibus potest, juxta eandem, iudicari directe vera; ergo datur tum necessitas, tum impossibilitas sequendi tunc tutiorem: necessitas, ut affirmant; impossibilitas, quia voluit omnem opinionem judicandam directe veram debere esse probabilioris; sed tutor non est tunc probabilior; ergo tunc non potest iudicari directe vera: ergo vel non datur necessitas iudicii directi de veritate opinionis, si tutor est sequenda; vel si datur necessitas, repugnat, ut tunc sequar tutiorem.

Explico. Sit haec duplex opinio aequae probabilis, *Datur lex jejunii*; *Non datur lex jejunii*. Prima tutor, quia stat pro lege; altera minus tuta, quia pro libertate. Dicunt Adversarij sequendam tunc esse stantem pro lege. At quaero, qualiter formari possit iudicium directum de ejus veritate? Quod enim formare possim hoc iudicium, *Non pecco jejunando*, non est formare iudicium directum de ejus opinionis veritate; non enim per illud affirmatur obligatio jejunii, ut affirmari debet; immo illud iudicium, *Non pecco jejunando*, stare potest cum iudicio directo de veritate.

veritate opinionis negantis obligationem jejunii, nempe cum hoc, *Non datur lex jejunii*: ergo illud iudicium non affirmat veritatem huius sententiæ, *Datur lex jejunii*.

N. 68. Confirmo 2. quia si necessarium est iudicium directum de veritate opinionis, quam sequor, implicat, ut sequar tutiorem ex æquè probabilibus; ergo vel non datur necessitas sequendi tutiorem inter æquè probabiles; vel si datur, non datur necessitas, immò datur repugnantia iudicii directi, & multò magis iudicii firmi de veritate. Antecedens probatur: Dubito ex. gr. an teneam ad Sacrum; audio illud: ecce ego tunc non iudico veram esse hanc opinionem: *Teneor audire Sacrum*: non, inquam, iudico veram ob motiva directæ; sed tantum ob reflexas; nempe, quòd quia in dubiis, aut æquè probabilibus, ut volunt Adversarii, teneor ad tutius, teneor tunc audire Sacrum: ergo absque omni iudicio directo de rei veritate possum licite operari: etenim res directæ tunc est dubia, & æquè probabilis: ergo tunc suspendo iudicium directum, & unicè recurro ad iudicium reflexum de licito usu tutoris æquè probabilis, præcendendo, an tutor sit vera: ergo etiam potero licite recurrere ad solum iudicium reflexum de probabilitate, aut probabilitate opinionis, suspendo omni directo de ejus veritate.

N. 69. Sicut enim in casu tutoris æquè probabilis non iudico verum, quòd detur præceptum directum de audiendo sacro, immò, juxta Adversarios, tale iudicium directum, tam de præcepto, quam de non præcepto, est impossibile, quia utriusque motiva sunt æquè robusta, & ideo suspendo omne iudicium directum; immò à solo iudicio reflexo, quòd quoties præceptum est dubium, teneor, aut saltem honestum est stare pro præcepto, si casu detur; ab hoc, inquam, solo iudicio reflexo dirigor ad Sacri auditionem; quòd adeo certum est, ut si interrogar, an hodie detur præceptum Sacri, respondebo, *Dubito*; si autem dubito, omne iudicium directum suspendo; si autem omne tale iudicium suspendo, à nullo iudicio directo dirigor ad honestam Sacri auditionem; atque adeo à solo reflexo ad illam dirigor. Ita in casu nostro. Ergo sicut nullatenus est necessarium iudicium directum de veritate rei, seu de obligatione Sacri audiendi, ut ad ejus auditionem dirigar, & audiam Sacrum ut obligatorium: ita in aliis casibus, quoties opinio est æquè, aut non æquè probabilis, nullatenus necessarium erit directum de veritate opinionis iudicium; sed satis reflexum de certà probabilitate ve-

ritatis, & de licito usu cujusvis certò probabilis.

Idem argumentum formari potest de minus probabili tutiori. Probabilioritas enim tuentur licitum sequi tutiorem minus probabilem, & simul negant intellectum posse physicè assentiri minus probabili: ex hoc autem utroque ita arguo: Implicat, ut assentiar minus probabili, etsi tutiori; & tamen sequi licet tutiorem minus probabilem: ergo non est necessarium directum de veritate iudicium, sed satis reflexum fundatum in præcepto, aut consilio reflexo, quòd licitum sit sequi tutiorem minus probabilem. Consequentia probatur; quia dum sequor tutiorem minus probabilem, non tantum non assentior directè, quin nec possum directè assentiri veritati illius, ut volunt Probabilioristæ; & tamen eam licite sequor, & juxta eam licite operor: ergo ut aliquam opinionem licite sequar, & juxta eam operer, necessarium non est directum de ejus veritate iudicium, sed satis aliud principium reflexum, ex. gr. quòd licitum sit sequi tutiorem, etsi minus probabilem, vel probabiliorè, æquè, aut minus tutam, immò minus probabilem minus tutam, suspendo omni directo, de veritate tutoris minus probabilis, aut probabilioris minus tutæ, aut minus tutæ minus probabilis iudicio. Sicut ergo in casu, quo sequor tutiorem minus probabilem, dirigor ad imperandum ex. gr. jejunium, non à iudicio directo de obligatione jejunii, nam minus probabile est dari tale præceptum; sed à iudicio reflexo nixò huic principio, *Tutius est jejunare*, suspendendo omne directum de præcepto jejunii iudicium; adeoque ut ponam opus consilii, aut præcepti, nullum est necessarium iudicium de veritate directæ, ita nec in aliis.

Secunda repugnantia necessitatis iudicii directi de veritate sumitur ex aliis eorumdem Probabilioristarum principiis. Etenim P. D. Thyrius diff. 11. n. 27. ait, quòd licet Deus obliget ad inquirendam veritatè, obligat tantum non docere nisi opiniones, quæ post diligens veritatis examen apparent verosimiliores: & n. 28. ait, axioma, *Facienti quod in se est, Deus non denegat gratiam*, intelligendum de illis, & in illis, quæ sunt necessaria ad salutem; non autem de faciente, quòd in se est, in illis, quæ inter T. T. disputantur: ut enim Deus non tenetur manifestare veritatem Magistro diligenter studentis, & enixè petenti lumen à Deo; ita nec in illis, ne peccem, teneor exequi verum: & sicut ille Textus, *Quærite, & invenietis*, non probat, omnem quærentem invenire veritatem;

tatem; ita nec probat, quod in operando possimus semper sequi verum. Hec P. D. Thyrsus.

N. Sed contra 1. quia ex hoc utroque, quod
72. non possimus semper sequi, aut invenire verum, & quod Deus obliget tantum ad verisimilius, aperte infertur necessarium non esse ad operandum; iudicium directum de veritate, nam hoc saepe implicat: ergo qui obligat, ut iudicet semper esse verum id, quod est sibi probabilius, obligat ad chimeram; non tantum quia ex probabilitate indifferenti ad verum, & falsum infert absolute, & determinate veritatem; sed etiam quia saepe implicat, ut cognoscatur veritas; quoties operandum est: ergo si cognitio veri saepe implicat, quomodo quilibet, ut operetur, necessitabitur ad absolutum, firmum, fixum de veritate iudicium?

N. Contra 2. quia idem P. D. Thyrsus *diff.*
73. 13. n. 6. ait ex P. Junio: Constat autem probabilitatem reflexam stare sine directa; quoniam Authores passim probabiles pronuntiant sententias alienas, quas directe rejiciunt, & quibus directe assentiri non possunt, saltem prudenter: & Confessarii poenitentes absolvent juxta opiniones suis contrarias, quas norunt esse poenitentibus exercite; & formaliter probabiles; non vero sibi, nisi objective; & signate. Hec P. Thyrsus. Ecce 1. quod aliena potest videri mihi certo probabilis; quod alibi negat. Ecce 2. quod sub iudicio directo de falsitate alienae, & de veritate mea stat certum iudicium de probabilitate veritatis opinionis alienae. Ecce 3. quod iudicium reflexum de objectiva probabilitate veritatis opinionis alienae, etiam si sit cum directo, vel de falsitate alienae, vel de veritate propriae, satis est Confessario, ut absolvat poenitentem: ergo ad honestam absolutionem satis est iudicium reflexum de objectiva probabilitate veritatis opinionis poenitentis, etiam si unitum directo de falsitate ejusdem, aut de veritate propriae; ergo multo magis idem satis erit, suspensio omni directo de veritate propriae, & de falsitate alienae. Vide quae dixi *disp.* 11. *an.* 512. ad hoc intentum.

N. Contra 3. quia idem P. D. Thyrsus *diff.*
74. 14. n. 32. ait, se non obligare ad quaerendam opinionem re ipsa probabiliorem; sed tantum ad eam eligendam, quae facta sufficienti diligentia in mentem venit. Ecce 1. quod tandem tendat obligatio sequendi probabiliorem, nempe ad eam, quae facta sufficienti diligentia in mentem venit: haec autem, quae in mentem venit, saepe non est, nisi una; immo saepe Confessario nulla pro-

ponitur comparatio inter unam, & aliam; hic, & nunc non potest uti maiori diligentia. Quin cum P. Thyrsus quaerat *l. c.* n. 9. P. Sanch. quanta esse debeat diligentia pro veritate inquisitione; ait, omnes fateri, cunctos ad aliquam obligari; & de hoc tractare P. Sanch. *tom.* 5. in 3. p. *disp.* 4. *sect.* 8. *an.* 16. P. Sanch. *lib.* 1. Sum. *cap.* 6. n. 36. P. Valq. *1.2. disp.* 12. *cap.* 2. & D. D. communiter docere, inquit P. Thyrsus, quod si vir sit indoctus, teneatur consulere viros doctos, & pios; monet tamen P. Sanch. aliquos excusari consulendo aliquem; non ita alios consulendo eundem. Quae omnia cum vera sint, quero, quomodo obligatio sequendi probabiliorem, immo obligatio iudicandi absolute, & firme verum id, quod mihi est probabilius, coequeat cum hac doctrina recentior allata?

Etenim obligatio probabilioris resolvitur in obligationem eligendi illam; quae post sufficientem diligentiam mihi in mentem venit; cum autem haec sufficiens diligentia nullatenus taxari possit; consequenter neque obligatio sequendi probabiliorem; nam haec obligatio praesupponit illam. Quod si non datur obligatio sequendi probabiliorem, eo ipso multo minus dabitur obligatio iudicandi illam absolute veram; cum semper timere possim, tum ex natura opinionis probabilioris, quae est aequae indifferens ad falsum; etenim ex probabilioribus invicem contradicentibus tot sunt falsae, quot verae; tum, an diligentia sufficienti, cuius mensura taxabilis non est, usus sim. Adde & ut urgeo: Vel obligat ad eligendam probabiliorem; & tunc etiam obligat me, ut considerem, quae mihi in se, seu ex parte obiecti videatur probabilior; quo modo si obligor ad veriorum, obligor ad prius examinandum, quae mihi in se, seu objective videatur verior: Vel non obligat? & sic frustra neus est Adversarii labor. Rursus si obligor ad eligendam, quae mihi est probabilior, ea apparentia, vel est prudenter concepta, & sic supponit examen praevidium de objectiva opinionis probabilitate; vel non? & sic est probabilior ex errore culpabili, & ex non usu sufficientis diligentiae in investiganda probabilitate. Si autem hoc ita est, repugnat, ut serio iudicem absolute veram eam opinionem, ex non usu sufficientis diligentiae mihi probabiliorem.

Tertia est ex P. Elizald. qui in sua Appendix de Natura opinionis *qu.* 6.7. & 8. negat opinionem esse absolutum de re iudicium; quod impugnavi *disp.* 4. n. 8. ostendens esse absolutum, etiam incertum, de re iudicium: & *l. c.* *qu.* 6. §. 4. pag. 263. vult omnes al-

fertiones probabiles esse modales; quod etiam impugnavi *disp. 8. n. 14. & 48. & 49.* Quibus suppositis, ecce manifesta implicatio necessitatis iudicii directi de veritate: ita enim arguo: Nullum iudicium probabile est iudicium absolutum, etsi incertum, de veritate; nullumque iudicium probabile affirmat rem ita esse, aut non esse, sed ita videri, ut ait P. Eliz. sed tale iudicium non est iudicium de veritate; ergo etsi asseratur necessitas huius iudicii, non asseritur necessitas iudicii directi de veritate, sed reflexi de probabilitate veritatis; nam omne probabile, juxta Eliz. est modale. Præterea contra eundem stant alia ejus principia, quod intellectus non possit physice assentiri æquæ, aut minus probabili; & tamen, quod licitum sit sequi tutiorem minus probabilem: in quo casu etsi concederet quod iudicium opinativum non sit modale, sed absolutum, etsi incertum de veritate, ut omnes alij concedunt; adhuc implicat tunc tale iudicium directum de veritate tutioris, cum sit æquæ, aut minus probabile.

N. 77. Palanco. Quarta est ex Palanco non tantum utente iisdem principiis de impotentia intellectus, ut assentiat æquæ, aut minus probabili, & simul licentiā sequendi tutiorem; sed etiam quia sibi manifeste contradicit. Nam ex una parte requirit iudicium directum de rei veritate, ut licite operer, & opiner; ex alia negat requiri iudicium directum de hac veritate, *Deipara est sine labe concepta; honestus est ejus cultus, ut eam colam, ut notavi disp. 8. a n. 385.* ergo sibi contradicit.

N. 78. Quinta est; quia est principium Contrariorum. Licitum mihi est sequi, & operari juxta opinionem, quam defendi scio a viris eximie sapientibus; immo huic principio inhæret tota vis directiva, tam civilis, & politica, quam supernaturalis. Si ergo hoc mihi licitum est, cur, suspensio omni prorsus iudicio directo de veritate opinionis, quam lego, aut audio, & consilij, quod peto, non potero ab eo principio regulari proxime ad honestam operationem?

N. 79. Denique manifesta est Probabilistarum inconsequentia: cum enim unanimis doceant, quod intellectus non possit physice assentiri æquæ, aut minus probabili, ex hoc inferat potius nullum esse necessarium iudicium directum; & ideo plures ex Probabilistis, nempe illi, qui negant intellectui potentiam physicam, ut assentiat minus probabili, intulerunt necessarium non esse iudicium directum, sed satis esse reflexum; eisdemque dedi *disp. 8. n. 231. & 236. & a n. 605. ad 610.* Ergo inconsequenter proce-

Tom. III.

dunt Probabilioristæ tuentes simul impotentiam physicam intellectus, ut assentiat minus probabili, & necessitatem iudicii directi de veritate omnis opinionis, quam quis sequitur, & licitum sequi tutiorem minus probabilem.

Confirmo argumento, quod dedi *disp. 11. N. n. 317.* Quæro enim, quid directè judicet se-80, quens tutiorem minus probabilem? Vel enim directè judicat, *Non licet pictura die festo*, quam suppono minus probabilem, & tutiorem; & hoc non, quia, juxta Adversarios, implicat, ut minus probabilem judicet veram: vel judicat, *Licitum est non pingere die festo*? hoc autem non est ad rem; non enim quæro, an sit licitum non pingere; sed quæro, an sit licitum, vel an sit illicitum pingere die festo. Immo si respondeatur, quod judicet, *licitum esse non pingere*, dant nobis, quod volumus, nempe quod liceat suspendere omne iudicium directum de veritate questionis propositæ. Recole locum citatum, & *num. 408.* ubi impugno Palanco, & ostendo ejus Palanco, contradictionem.

§. IV.

Prosequor eandem doctrinam adverse repugnantias, specialiter in Fogarinum.

S U M M A R I U M.

Mens Fogarini, n. 81.

Certitudo moralis inter opiniones Theologos incertis repugnare videtur, cur? n. 82. 83. 84.

Contradictio Fogarini asserentis simultaneam probabilitatem utriusque opinionis, & tuentis omnem suam esse sibi moraliter certam, n. 85.

Ostendo non requiri iudicium moraliter certum de veritate logica, n. 87.

Rem, ac quæ habeo moralem certitudinem, possem jurare; Fogarinus autem nequit omnem veritatem sue opinionis jurare, n. 88. 89.

Cur etsi sit mihi probabilius Petrum esse reum, non possum affirmare absolute, & multo minus coram iudice jurare esse reum? n. 90.

In aliquibus materiis si aliqua opinio sit certè probabilis, inferatur obligatio exercendi aliquam actionem, n. 91.

Si ex certà probabilitate aliquarum opinionum TT. inferunt sæpe obligationem eas præbendam, multo magis ego licentiam, n. 92.

Iudicium reflexum æquivalens directo, n. 93.

Ut operer, satis iudicium de veritate; an autem directum, an reflexum, hoc disputatur; ego nego necessarium semper directum, sed satis alternitrum, n. 94-95.

Si ex certà probabilitate aliquarum opinionum TT. inferunt sæpe obligationem eas præbendam, multo magis ego licentiam, n. 92.

Iudicium reflexum æquivalens directo, n. 93.

Ut operer, satis iudicium de veritate; an autem directum, an reflexum, hoc disputatur; ego nego necessarium semper directum, sed satis alternitrum, n. 94-95.

Si ex certà probabilitate aliquarum opinionum TT. inferunt sæpe obligationem eas præbendam, multo magis ego licentiam, n. 92.

Iudicium reflexum æquivalens directo, n. 93.

Ut operer, satis iudicium de veritate; an autem directum, an reflexum, hoc disputatur; ego nego necessarium semper directum, sed satis alternitrum, n. 94-95.

Si ex certà probabilitate aliquarum opinionum TT. inferunt sæpe obligationem eas præbendam, multo magis ego licentiam, n. 92.

Iudicium reflexum æquivalens directo, n. 93.

Ut operer, satis iudicium de veritate; an autem directum, an reflexum, hoc disputatur; ego nego necessarium semper directum, sed satis alternitrum, n. 94-95.

Si ex certà probabilitate aliquarum opinionum TT. inferunt sæpe obligationem eas præbendam, multo magis ego licentiam, n. 92.

Iudicium reflexum æquivalens directo, n. 93.

Ut operer, satis iudicium de veritate; an autem directum, an reflexum, hoc disputatur; ego nego necessarium semper directum, sed satis alternitrum, n. 94-95.

Si ex certà probabilitate aliquarum opinionum TT. inferunt sæpe obligationem eas præbendam, multo magis ego licentiam, n. 92.

Iudicium reflexum æquivalens directo, n. 93.

Ut operer, satis iudicium de veritate; an autem directum, an reflexum, hoc disputatur; ego nego necessarium semper directum, sed satis alternitrum, n. 94-95.

Si ex certà probabilitate aliquarum opinionum TT. inferunt sæpe obligationem eas præbendam, multo magis ego licentiam, n. 92.

Iudicium reflexum æquivalens directo, n. 93.

Ut operer, satis iudicium de veritate; an autem directum, an reflexum, hoc disputatur; ego nego necessarium semper directum, sed satis alternitrum, n. 94-95.

Ec

Hic

N.
81.
Fogar.

Hic Author non tantum non est contentus iudicio directo subjective probabili, ut Probabilitas, sed nec iudicio directo subjective probabiliore, ut Probabilioritas; quin expresse asserit necessarium esse iudicium moraliter certum de veritate, ad hoc ut recte operemur. Quamvis autem plura in eodem Authore se nobis offerant, quæ facile impugnari, & retorqueri possunt, ut alibi feci; attamen hic unice impugno, immo ostendo repugnare in incertis, qualia sunt omnia probabilia, iudicium moraliter certum de veritate logica.

N.
82.

Primò, quia recurrunt omnia, quæ §. antec. attuli contra iudicium directum subjective probabilius firmum de veritate: si enim aliquis opinionem alienam suis Patronis moraliter certam putat certò moraliter falsam, eoque certò moraliter errasse; quomodo non poterit ille adeo prudenter formidare de veritate suæ opinionis, ut prudenter timeat se errare, si non tantum, saltem aliquanto minùs, etsi iudicet suam esse sibi moraliter certam? Si autem prudenter timere potest de veritate, eo ipso veritas non potest esse illi moraliter certa, quamvis asserat esse sibi moraliter certam. Sanè non est ita ad manum certitudo moralis, dum versamur inter opiniones classicis Theologis incertas, ac est de consecratione Hostiæ, de legitimitate prolis, de proprio Baptismo, & similibus. Per hoc enim, quod adfit gravis ratio pro illis, & nulla sit in contrarium pro opposito, datur moralis certitudo de illis. At verò, dum itamus inter opiniones hinc inde certò probabiles, quæque ob sui incertitudinem in diversas sententias Theologos rapiunt, etsi adfit ratio gravis, immò gravior pro meâ, adest tamen semper gravis quoque ratio pro oppositâ; ergo ibidem repugnat certitudo moralis.

N.
83.

Secundo, quia ego ejus indolis sum, ut stultitiam putarem asserere omnem meam opinionem esse mihi moraliter certam; eo enim ipso iudicarem omnem alienam esse mihi certò moraliter improbabilem; & omnes Doctores oppositos suo quidem iudicio prudenter, meo tamen iudicio imprudenter omnino se gessisse.

N.
84.

Tertio, quia non video, quâ vel levissimâ quidem veri apparentiâ dici possit possibilem esse moralem certitudinem veri in opinionibus post æquæ seria, ac diuturna Theologorum examina inter eosdem incertis; quæque in opposita studia Universitates, & integras scholas dividerunt. Si igitur hæc non est possibilis, non est nisi patrocinari impossibile, dum asseritur tanquam necessarium

iudicium directum subjective moraliter certum de cuiusque opinionis veritate, & cuiusvis actionis honestate, ut illam sequamur, & hanc exequamur.

Quartò, quia Fogarinus expresse asserit N. utramque contradictoriam posse simul ei-85, dem intellectui videri probabilem. Si autem Fogar. hoc verum est, ut verum esse nos quoque docuimus, amabo, ostendat mihi, qualiter tunc ille intellectus formare possit iudicium moraliter certum de veritate alterutrius partis, cum utraque sit sibi simul certò probabilis de veritate.

Quintò, quia idem Author totam suam N. moralem certitudinem veritatis opinionis 86, propriè fundat tum in gravitate morum, tum in solutione rationum oppositarum. Verum quis non videat rationes oppositas non solvi semper per solutiones certò moraliter veras? Ergo hæc moralis certitudo est prorsus fictitia.

Sextò, quia dum asserit requiri iudicium N. moraliter certum de veritate opinionis, ut 87, sine culpâ formali, aut cum honestate formali operemur, rogo, an loquatur de speculative veritate opinionis; ita ut debeam esse moraliter certus, quod mea opinio sit conformis suo objecto; adeo ut objectum ita sit in re, ut est in meâ opinione; & ita in meâ opinione, ut est re? Vel loquitur de veritate practica, ita ut esse debeam moraliter certus, quòd objectum, ut subbat meo iudicio opinativo, videatur mihi conforme regulis morum? Non primum, tum ob dicta de morali impossibilitate iudicii moraliter certi de veritate speculative opinionis cum suo objecto, quoties itamus inter opiniones certo probabiles contradictorias: tum quia Fogarinus disp. 3. sect. 1. n. 8. affirmat ad prout 88, dentiam satis esse certitudinem de veritate conformitatis ad objectum, ut sub lege apprehenditur; hæc autem non est veritas logica, sed practica: tum quia negare non potest dari posse iudicium prudens, quod in re sit falsum; in quo casu non dabitur certitudo moralis de veritate logica; immò etiam aliquando datur, attamen non datur veritas logica: tum quia velle, quod ut honestè operemur, necessaria semper sit certitudo moralis de veritate logica opinionis excludens omnem prudentem formidinem falsitatis logicæ, est prorsus supra hominum conditionem: ergo non requiritur iudicium directum moraliter certum de veritate logica opinionis cum suo objecto: ergo ad summum requiri potest certitudo moralis de veritate practica opinionis, & objecti, ut substanti ei iudicio certo probabili cum regulis morum;

rum; sed hæc, juxta nos, inest cuique iudicio subjective certo probabili; ergo hæc, & non alia certitudo, latet est. Quod autem necessarium non sit, quod semper ad sit hoc iudicium directum certo probabile, aut probabilius, numquam probabit, cum tamen de hoc unice in præsentis disputemus.

N. Confirmit 1. quia, juxta Fogarinum, & 88. Adversarios, quoties utraque opinio directa est æque probabilis, neutri directe assentiri possum, iudicando ex. gr. contractum non esse licitum: ecce in hoc casu dirigor ad non contrahendum à solo iudicio reflexo; non autem à iudicio directo negante licere contractum; ergo jam habeo, quod licitum mihi sit operari ex solo iudicio reflexo, suspensio omni directo. Si igitur tunc concipio solum iudicium reflexum de non licentiā contractus, suspensio omni directo tam affirmativo, quam negativo; nam neutri parti assentiri directe possum, cum utraque pars sit æque probabilis; cur non potero formare solum iudicium reflexum de licentiā contractus, suspensio omni directo tam affirmativo, quam negativo? Totum hoc ipsum deinde notatum vidi à D. Perea 80.

N. Confirmit 2. quia certum ex Theologis 89. est, quod nemo jurare possit aliquam veritatem, nisi de ea sit moraliter certus: sed Fogarinus nullam suæ opinionis veritatem, si hæc inter T.T. sit controversia, jurare potest; ergo de nullâ suæ opinionis veritate est moraliter certus. Minor probatur; quia, nisi fallor, timeret Fogarinus jurare opinionem, in quâ discedit à Scoto, aut à D. Thom. esse sibi veram; ergo de nullius opinionis propriæ veritate jurare potest. Immo quæro à Fogarino, an rogatus, num pictura die festo sit peccatum, & obligatus jurare, an hoc, inquam, possit cum juramento deponere? Si potest, mirum dicet: si non potest, habeo intentum. Addo, quod ad summum jurare posset propositionem modalem, nempe esse sibi moraliter certum, quod pingere die festo sit peccatum; non autem jurare posset absolute, quod pingere die festo sit peccatum; ergo si non potest jurare, quod sit verum, quod pictura die festo sit peccatum, multo minus jurare potest esse absolute verum; sed ad summum jurare potest modaliter esse sibi probabilis, aut moraliter certum. Nam ut scit P. Moya tom. 2. tr. 2. disp. 1. qu. 7. n. 10. Opinio probabilis de rei veritate, quia non reddit nos certos moraliter de illâ, ideo illam jurare non possumus, quia nisi sentiamus rem esse certam, jurare eam non possumus. Quis autem omnem veritatem à se assertam, & inter T.T. controver-

Tom. III.

sam, dicere esse sibi moraliter certam? hoc sanè non est nisi omnem humilitatis, & urbanitatis legem invertere, multum sibi, parum alijs deferendo; & qui hoc audet, somniat.

Hinc rogatus à Iudice, ut dicat, num Petrus sit vir ignobilis, etsi Testis probabilius 90. tentiat esse; non tamen dicere potest, est; hoc enim à lege charitatis, & iustitiæ interdicitur; sed ad summum reflexè modaliter, probabilis mihi est, quod sit; ergo tantum abest, ut iudicium directum sit semper necessarium, quin sæpe omittendum; nam in hoc casu non potest ex iudicio sibi probabiliiori de ignobilitate procedere ad jurandum absolute, esse ignobilem. Idem dico non posse ex iudicio sibi moraliter certo, eo certitudinis gradu, qualem fingit Fogarinus, quæ non est nisi certitudo verbalis; pudeat enim me asserere, quod mea opinio, si sit Divo Thom. opposita, sit mihi moraliter certa; ergo hoc ipsum, ni fallor, pudebit Fogarinum;

Confirmit 3. quia plurimi Doctores in N. plurimis ex solâ certâ probabilitate opinio- 91. nis inferunt obligationem eam sequendi; ex. gr. si certo probabile est talem liquorem esse aquam, inferunt, aliâ non præsentente, obligationem baptizandi cum eâ. Si certo probabilis est opinio pœnitentis, inferunt obligationem in Confessario, ut absolvat pœnitentem. Si certo probabilis est opinio asserens, licitum absolvere illum, qui nullum doloris signum exhibuit, nec confessionem petijt, sive christianè vixerit, sive non; nam pro utraque parte stant graves DD. uni asserentes, licitum tantum absolvere moribundum, qui nullum doloris signum dedit, nec confessionem petijt, si tamen christianè vixerit; alij verò, etsi christianè non vixerit, ut videre est in Diana 3. p. tr. 3. resol. 8. Leand. à SS. Sacram. tom. 1. de Pœnit. tr. 5. disp. 5. qu. 46. P. Tamburino, & alijs: si, inquam, ea opinio, sive absolute, sive sub eâ tantum conditione asserens licitum esse tunc absolvere, est certo probabilis, dari deinde obligationem in Confessario absolvendi cum moribundum, patet ex communi Theologorum doctrinâ apud dictum Leandrum l. c. qu. 47. & Dianam l. c. resol. 9. immò ex Gregorio XV. antea Bononiensi Archiepiscopo, in Memoriali Confess. cap. 1. de formâ Sacramenti Pœnitentiæ n. 16. pag. 215. edito Romæ anno 1623. in quo libro ejusdem Archiepiscopi consensu edito legitur, quod absolvi possit, tum ille, qui in præsentia Confessarii nullum signum dedit, adest tamen testis, qui deponit, quod confitendi deside-

Ec ij

rium

rium ostenderit; tum ille, qui confessionem non petijt; subdens, quod in utroque casu non tantum Confessarius possit, sed absolvere debeat. Idem habet P. Pellizarius in Manuali Regularium tom. 1. tr. 5. cap. 3. sect. 1. n. 66. ubi postquam dixit, non videri tibi omnino improbabile, quod saltem sub conditione absolvi possit; deinde n. 136. subdit: Ergo ex charitate tenemur eam opinionem sequi tantum abest, ut non possimus eam practice sequi. Idem affirmat Leander *lc. qu. 46.* ubi relatâ utraq; opinionem, affirmantem, & negantem absolvi posse, qui nullum signum dedit, ait: Ecce, mi Lector, propriamque parte Doctores, & argumenta, quorum auctoritate, & vi considerata, mihi in hoc difficilimo puncto sic respondendum, videtur: quod scilicet, quamvis prima sententia (nempe negans) sit speculative longe verior, & longe probabilior secundâ; hæc tamen, quia non caret probabilitate, ut Diana merito fatetur, in praxi observari debet, & practicari; quod & ego Romæ in occurrenti casu semel, & iterum feci, nec poenitui. Omitto alia.

N. Si igitur ex certâ speculative aliquarum
92. opinionum probabilitate Theologi sæpe inferunt obligationem eas practicandi; multo magis ego licentiam eas practicandi inferre possum: ergo si ex certâ probabilitate veritatis, & honestatis inferitur sæpe obligatio ponendi tale opus, suspensio omni iudicio directo de ejusdē operis honestate; eo ipso, hoc eodem iudicio directo suspensio, inferri potest licentia ponendi tale opus: ergo ut quis sine peccato formali, aut cum honestate formali operetur, nullatenus est necessarium iudicium directum subjective probabile, probabilius, aut moraliter certum de speculative veritate opinionis, aut honesta objectivâ operationis.

N. Confirmo 4. quia ex eo, quod probabilius fit dari, aut non dari legem, inferunt passim Adversarij, quod ea actus, aut non detur, juxta maiorem probabilitatem stantem pro lege, aut stantem pro non lege: ergo iudicium reflexum de probabilitate æquivaleret directo; & directum æquivaleret reflexo; nisi enim inter se æquivalerent, ineptum, & mala esset consequentia; quia plus daretur in consequenti, quam erat in antecedenti; nam ex probabili non nisi probabile; & ex probabilitate veritatis non nisi probabilitas veritatis, non autem veritas, nisi probabilitas veritatis æquivalet aliquo modo ipsi veritati: ergo si iudicium directum de veritate satis est, satis quoque erit solum reflexum de veritate probabilitate.

Demum legendum est quod dedit *disp. 13. N. a n. 297.* ubi fuisse ostendi, quod ut honeste operer, nullum iudicium directum sit necessarium. Addo, quod si per iudicium probabilius subjective de veritate conscientia sit secuta, ut docent Mercorus, Gonet, Palanc. P. Munier. P. Thyrs. cur non per iudicium reflexum supra præminentiam moralis, ut vergetur? nam propter quod unum est tale, & illud magis: ergo si iudicium veritatis reflexum ei motivo est prudens; iudicium quoque de certâ ejus motivi gravitate erit prudens; & si illud directum satis est ad honeste operandum, satis quoque erit ad idem illud iudicium reflexum; ut dixi *disp. 12. n. 271. & 272.* Nam si tota prudentia iudicii directi putati probabilius veri est a motivo, sequitur, quod si certo reflexe iudicem me habere motivum certo gravius habebam, quod satis erit ad iudicium prudens, & ad formandam conscientiam, omisso omni directo.

Urgeo; tum quia obligans in incerto ad iudicium directum, obligat ad errorem, nam si alteruter ex contradicentibus errat, quomvis neuter putet se errare; tum quia ut operer satis est iudicium de veritate, & licentia operandi; an autem hoc iudicium debeat esse directum de veritate opinionis, an reflexum de certâ probabilitate veritatis opinionis, & honestate actionis ut possit sub eo iudicio reflexo; ubinam necessitas, quod debeat esse directum; præsertim cum, ut ait S. Thom. periculosum sit in dubiis ferre iudicium de veritate? Consule dicta *disp. 11. n. 104. & disp. 12. n. 274. & 275. & disp. 13. fuisse a n. 297. & hic disp. 24. n. 60.*

SECTIO III.

Novum ex propositionibus damnatarum argumentum.

§. I.

Ex eo quod Pontifices damnant aliquas opiniones aspernas ut probabiles, inferunt sufficientia iudicij de certâ probabilitate.

SUMMARIUM.

Inductio aliquarum damnatarum, n. 96.
Omnes citatae sunt reflexe, n. 97.
Si iudicium reflexum de non probabilitate satis est, ne operer, etiam reflexum de probabilitate satis erit, ut operer, n. 98.
Si aliqui inferunt damnatum usum minus probabilem, quia damnatur aliqua probabilitas inferam ego damnari usum probabilioris, quia hæc damnatur Probabilis existimo iudicem.

posse iudicare juxta minus probabilem, n. 99. Ex eo quod Papa in allatis opinionibus damnat probabilitatem, inferitur, quod iudicium de probabilitate satis est, ut sequar aliquam opinionem, sicut iudicium de non probabilitate satis est, ne sequar, ibid. & n. 100.

N. 96. **U**T argumento locus sit, præmittere debeo aliquas ex damnatis; unam ex 45. damnatis ab Alex. VII. reliquas ex 65. damnatis ab Innoc. XI. Ex damnatis ab Alexandro sumo hanc, quæ est quadragesima: *Est probabilis opinio, quæ dicit esse tantum veniale osculum habitum ob delectationem carnalem, & sensibilem, quæ ex osculo oritur, secus periculo consensui ulterioris, & pollutionis.* Ex damnatis ab Innoc. traho sequentes: Prima, ordine secunda, est: *Probabiliter existimo iudicem posse iudicare juxta opinionem etiam minus probabilem.* Secunda, ordine quarta, est: *An peccet mortaliter, qui actum dilectionis Dei semel tantum in vita eliceret, condemnare non audeamus.* Tertia, ordine sexta, est: *Probabile est, ne singulis quidem rigore quinquennijs per se obligare præceptum charitatis erga Deum.* Quarta, ordine trigesimaquinta, est: *Videtur probabile omnem satum, quamdiu in utero est, carere animâ rationali, &c.* Quinta, ordine quadragesimaquarta, est: *Probabile est non peccare mortaliter, qui imponit falsum crimen alicui, ut suam iustitiam, & honorem defendat: & si hoc non est probabile, vix ulla erit opinio probabilis in Theologia.* Sexta, ordine quinquagesima septima, est: *Probabile est sufficere attritionem naturalem modo honestam.*

N. 97. **Hæc omnes sunt damnatæ, & omnes sunt reflexæ; loquuntur enim directe, & immediate de probabilitate veritatis; non autem de veritate; immo opinio de iudice directe tendit non tantum in probabilitatem, sed in probabilitatem; ait enim: Probabiliter existimo &c.** His suppositis, instituo argumenta sequentia.

N. 98. **Primum est: Omnis contradictoria damnatæ est vera: ergo contradictoria hujus, Probabile est sufficere attritionem naturalem, modo honestam, est vera; sed hujus contradictoria est hæc, Non est probabile sufficere attritionem naturalem, modo honestam; ergo hæc est vera: sed hæc, Non est probabile sufficere attritionem naturalem, modo honestam, est reflexa, & sufficit ad honestam omissionem attritionis naturalis: ergo solum iudicium reflexum de non probabilitate opinionis satis est ad honestam omissionem actus: ergo etiam solum iudicium reflexum de probabilitate opinionis satis erit ad honestam positionem actus. Probatur hæc consequen-**

Tom. III.

tia; nam reliqua sunt evidentia, quia nulla assignari potest disparitas, cur, ne formaliter inhonestè operemur, satis sit iudicium reflexum de non probabilitate opinionis, suspensio omni directo de ejus falsitate; ut autem formaliter honestè operemur, satis non sit iudicium reflexum de certâ probabilitate opinionis, suspensio omni directo de ejus veritate. Dicere enim plus requiri ut formaliter honestè, quam ne formaliter inhonestè operemur, fateor ita esse; at adhuc, suspensio iudicio directo, datur hoc plus, nempe gratia, & ipse actus formaliter honestus; ergo per hoc quod plus necesse sit, ne formaliter honestè, quam ne formaliter inhonestè operemur, non inde inferitur, quod ad hoc, ut formaliter honestè operemur, requiratur ipsum iudicium directum de veritate opinionis, & de honestate actionis; sed satis erit solum certum de probabilitate veritatis opinionis, & de probabilitate honestatis actionis iudicium reflexum.

Secundum est; quia hæc propositio est N. 99. damnata: Probabiliter existimo iudicem posse iudicare juxta opinionem etiam minus probabilem: similiter hæc: Probabile est, ne singulis quidem rigore quinquennijs per se obligare præceptum charitatis erga Deum. Ecce 1. quod qui colligunt ex damnatis inferri non esse licitum ulum minus probabilis, præstant mihi motivum dicendi inferri quoque non esse licitum ulum probabilitatis; quia damnatur hæc, Probabiliter existimo &c. Ecce 2. si damnabiles sunt opinioniones, tum modo, tum paulo ante allegatæ, eò quia affirmatur ab iisdem probabilitas, aut probabilitas, ubi non est; eo ipso sequitur, quod si certa, & evidens adesset probabilitas, aut probabilitas veritatis in opinione, opinio non esset damnabilis: ergo sicut non probabilitas, aut fictitia probabilitas facit ut opinio sit damnabilis, ejusque usus sit illicitus; ita certa probabilitas faciet, ut opinio non sit damnabilis, nec ejus usus sit illicitus. Ecce 3. Papa non tantum damnat dictas opinioniones, quatenus falsas; non enim damnat tantum hanc opinionem: *Verum est, quod præceptum charitatis erga Deum ne singulis quinquennijs per se obliget; quin damnat hanc: Probabile est, quod præceptum charitatis erga Deum ne singulis quinquennijs per se obliget: ergo colligitur, quod solum reflexum de certâ probabilitate veritatis opinionis iudicium, juxta mentem Pontificum, satis sit, ne formaliter inhonestè, aut ut formaliter honestè operemur. Consequentia probatur; quia si non esset satis, necesse non esset, ut Papa damnaret probabilitatem veritatis*

Ecce ij

tatis

tatis in opinione damnata à suis Patronis suppositam: cur enim damnet probabilitatem si est suppositam, si hæc, quamvis certa esset, non satis est ad hoc, ut formaliter honestè, aut ne inhonestè formaliter operemur? Ergo Pontifex supponit, quòd, si certa in sit opinio probabilitas, satis sit, ut formato de eadem certà probabilitate veritatis iudicio, honestè formaliter operemur.

N.
100.

Confirmo; quia si directum semper requiritur de veritate opinionis iudicium, satis esset, ut Pontifex declararet damnatas esse falsas, præscindendo prorsus a probabilitate veritatis earundem; nam dato quòd damnate dammentur præcisè tamquam falsæ, eo ipso repugnat, quòd directum formetur de earum veritate iudicium; quo non formato, juxta Adversarios, non licet operari; sed Papa non est contentus damnare veritatem falso à damnatis assertam; quin directè, & immediatè damnat probabilitatem falso quoque ab iisdem assertam: ergo signum est, quòd ut rectè formaliter operemur, aut ne saltem formaliter peccemus, satis sit, vel solum directum de veritate opinionis, & de honestate actionis iudicium; vel solum reflexum de certà probabilitate veritatis opinionis, & honestatis actionis iudicium; vel utrumque simul; eo modo, quo ut inhonestè formaliter operemur, satis est vel solum directum de falsitate opinionis, & inhonestate actionis iudicium, vel solum reflexum de non probabilitate, aut de improbabilitate veritatis opinionis, & honestatis actionis iudicium; vel utrumque simul.

§. II.

Urgo idem argumentum.

SUMMARIUM.

Ex certitudine de probabilitate incompatibilitatis laboris cum jejuniis, infero satis certitudinem de probabilitate, n. 101.

Eo ipso quòd nulla certò probabilitas damnatur, infero satis certitudinem probabilitatis, num. 102.

Sicut iudicium reflexum de non probabilitate æquivaleret directo; ita reflexum de probabilitate, n. 104.

Certa probabilitas objectiva subrogatur in locum veritatis objectivæ; ut autem hæc tollit peccatum, ita illa, n. 105.

Papa sæpe utramque contradictoriam laudavit, n. 106.

Sicut in materia fidei satis certa objectiva probabilitas, ut catholice defendatur; ita certa quoque objectiva probabilitas in materia mor-

rum satis, ut christiane practicetur, ibid.

Inter damnatas ab Alexandro VII. ordine N. trigesima, est hæc: Omnes Officiales, qui in Re publica corporaliter laborant, sunt excusati ab obligatione jejunii, nec debent se certificare, an la. VII. bor sit compatibilis cum jejuniis. Ecce ut aliquis Officialis à certo jejunii præcepto deobligetur, obligat Pontifex, ut certificetur, seu tamen certum de incompatibilitate jejunii cum labore iudicium. Porro hoc certum de eadem jejunii cum labore incompatibilitate iudicium esse speculativum, nemo rem acutè distinguens inficiabitur; nam considerat laboris, & jejunii naturam: eo autem iudicio speculativo formato, posse nos procedere ad formandum iudicium practicum de non obligatione jejunii est certum. Modò na arguo: Impossibile sæpe est hic, & nunc certum de laboris, & jejunii incompatibilitate iudicium formare; nam sæpe consideratum jejunii, & laboris naturam, tum laborantis complexione, non nisi iudicium purè certo probabile, aut certò probabilius formari potest. Vel igitur hoc iudicium certò probabilius de laboris cum jejuniis incompatibilitate satis est, ut à jejuniis Officialis deobligetur, vel non; sed omnino certum requiritur? Si non, falsum dicitur, immò sæpe repugnans, nisi moralis certitudo purè arbitrarie fingatur. Si satis est: ergo licet satis est iudicium certò probabilius de incompatibilitate jejunii cum labore, ut exinde inferatur iudicium practicum de non obligatione jejunii; satis quoque erit iudicium de certa probabilitate honestatis actionis, ut exinde ducatur ad formandum iudicium practicum de licentiâ actionis.

Similiter inter damnatas ab Alex. VII. ordine vigesima septima, est hæc: Si liber sit alicujus Junioris, & Moderni, debet opinari contra Alex. VII. seri probabili, dum non constet esse reprobam. Sede Apostolica tamquam improbabilem. Ecce 1. non eo ipso, quòd aliqua opinio non rejiciatur ut improbabilis, eo ipso est probabilis; plus enim requiritur, quamquod nil habeat contra se; nam debet grave pro se fundamentum habere: ergo per hoc, quòd aliqua opinio non rejiciatur tamquam improbabilis, non fit, quòd sit probabilis; & multo minus fit, quòd sit certo probabilis. Ecce 2. si damnatur, quòd non rejectum tamquam improbabile sit probabile, eo ipso iudicatur, tum quòd opinio certò probabilior subjectivè sit satis; tum quòd satis sit certum reflexum de objectivâ probabilitate veritatis opinionis iudicium: etenim si hoc se solo satis non esset, damnanda esset opinio, tum quæ dat probabili-

babilitatem veritatis opinioni, quæ caret omni probabilitate, ut constat ex recitatis damnatis; tum quæ dat probabilitatem opinioni, quæ certam habet probabilitatem: sed unice damnantur à Papâ opiniones improbabiles; asserunt tamquam probabiles; non autem opiniones, quarum veritas est certò probabilis: ergo satis est certum, & solum de objectivâ probabilitate veritatis iudicium.

N. 103. Confirmo 1. Opinio cuius veritas est certò probabilior, stante verâ ejus probabilitate, non est damnabilis: ergo neque damnabilis est opinio, cuius veritas est certò probabilis, stante certâ ejus probabilitate.

N. 104. Confirmo 2. Certa objectiva improbabilitas opinionis in ordine ad operandum æquivaler iudicio directo de falsitate opinionis: sicut autem cum solo saltem iudicio directo de opinionis falsitate non licet eam opinionem sequi, nec juxta eam operari; ita neque licet operari sub solo iudicio reflexo de certâ objectivâ opinionis improbabilitate: ergo à pari certa objectiva opinionis probabilitas æquivaler iudicio directo de opinionis veritate: sicut autem cum solo saltem iudicio directo subjectivè probabiliori, aut probabilis de opinionis veritate licet operari; ita quoque sub solo iudicio reflexo de certâ objectiva opinionis probabilitate, aut probabilitate licet operari.

14. Confirmo 3. quia ut scite Reverendissim. 105. P. Fr. Raphael à S. Joanne Generalis Dis- Raph. à catorum SS. Trinitatis part. 2. qu. 4. n. 97. S. Joan. certa probabilitas objectiva subrogatur in locum veritatis objectivæ, quando hæc non patet: ergo sicut veritas objectiva necessario excludit absolutè peccatum; ita & certa probabilitas objectiva. Etenim peccatū exclu- di

potest, tum ab hoc iudicio directo certo, *Honorare Deum non est peccatum*; tum ab hoc certo reflexo, *Est certum, quod honorare Deum non sit peccatum*; ergo etiam in casu nostro peccatum excludi potest, tum ab hoc iudicio directo subjectivè probabiliori, aut probabiliiori, *Piccola licet*; tum ab hoc reflexo certo de objectivâ probabilitate, aut probabilitate, *Certò probabile, aut probabilior est, quod pictura licet*: volitio enim picturæ ab alterutro iudicio liberari potest à peccato; ergo non tantum subjectiva probabilitas, aut probabilitas liberat à peccato; sed etiam ipsa certa objectiva probabilitas, aut probabilitas: ergo ne formaliter peccem satis est alterutrum iudicium, vel directum de veritate, vel reflexum de certâ probabilitate veritatis.

Confirmo 4. quia sicut Alexander, & Innocentius supposititiam aliquarum opinionum probabilitatem, immò probabilitatem damnant; (præsertim cum qualibet sit suo Patroño probabilior juxta P. Vasqu. immò juxta etiam Probabilioristarum) ita ex opposito alii Pontifices aliquarum opinionum probabilitatem confirmant; immò loquendo de duplici opinione, invicem contradicente, utramque probabilem, & rationi consonam asserunt; ut constat vel ex solâ opinione, unâ affirmante, aliâ negante Christi D. adventum, Adâ non peccante: ergo si in materiâ fidei sola certa objectiva probabilitas veritatis opinionis speculativæ, juxta mentem Pontificum, satis est, ut laudabiliter, & catholicè defendatur; certa quoque, & sola probabilitas objectiva veritatis opinionis practicæ satis erit, ut laudabiliter, & christianè practicetur.

N. 106. Alex. VII. Inn. XI. P. Vasq.

DISPUTATIO XXV.

Occurritur argumentis omnium Adversariorum.

SECTIO I.

Argumenta Palanci.

§. I.

Aligna.

SUMMARIUM.

Quia cum probabilitate honestatis stat incertitudo honestatis, n. 1.

Et quia operans debet esse certus de honestate, n. 2. 3.

Dico, quòd certus de probabilitate honestatis sit certus de honestate formali suorum actuum, n. 4.

Inductio, ibid.

Arguit, quia ut quis formaliter honestè operetur, debet esse prius certus de honestate, n. 8. 9.

Dico, quòd nulli iudicio probabiliori insit certitudo de veritate materiali, seu honestate, ut est in re, n. 10.

Hinc ea non requiritur, n. 11.

Satis ut iudicium directum sit certum prudentialiter; non verò logicè, n. 12. 13.

Sicut